

Martin Müller    Johann Cothmann


## **Disputatio Iuridica De Testibus**

Gissae: Hampelius, 1651

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757178510>**

Druck    Freier  Zugang





K. K. — 2 (154.)

1. Ludovicus, an et quatenus affectus humani in foro consi-  
derentur
2. Michaelis, de funere a filio vivo et audenti parenti facto.
3. Graefus, de eo quod iustum est circa pabulatorias militum  
excursiones vulgo fœderatione.
4. Fischer, de injuriis quas fiunt per secundam personam.
5. Weniger, de Pfalburgeris.
6. Wend, de poenas militum famosae
7. Weidler<sup>us</sup>, defectuum corporis contumplatio.
8. Weidler<sup>us</sup>, de sacramentalibus.
9. Weidnerus, de usu remedii contra aedificentiam ad ac-  
mulationem.
10. Weidler, de eo quod iustum est circa multas sive poenas  
pecuniarias, non Guldhusen.
11. Rüstner, de expressa et tacita praescriptione litterarum  
cambialium.
12. Ruzer, de alienatione bonorum adventitiorum.
13. Rüstner, de legatis ex testamento cui clausula cui-  
uslibet inest de stipulato non praestandis.

14. Graeven, de conditione mafoulorum et feminarum  
in jure.
15. Overbeek, de concursa noverrae cum privilegiis.
16. Crell, de monumento faciendum voluntatem testatoris  
faciendi.
17. Crell, de ferutoribus et quatenus ex eorum factis civitas  
teneatur?
18. Crell, de bonis receptitii uxori testamento paterno con-  
stitutis?
19. Crell, de praescriptione petitionis hereditatis pater-  
nae et aviae.
20. Weysshal, de adjumentis et cautelis jurisprudentiae na-  
turalis rite excolendae.
21. Wernsdorf, de polygamia.
- 22.<sup>a</sup> Wernker, de jure vicariorum sacri romani imperii  
in aurea bulla expressis.
- 22.<sup>b</sup> Wernker, de vicariatu, de j. ult. qua jura vicari-  
orum sac. rom. imp. in aurea bulla non expressa.
23. Wernker, de actione cessae, adversus confidei jussorem  
in felidum competentem.
24. Wernker, de fructibus, in trebellianicam imputan-  
dis.

26

DISPUTATIO IVRIDICA,

De

TESTIBUS,

Quam

IN NOMINE JESU,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILIS ET CONSULTISSIMI

DN. MARTINI  
MÜLLERI,

U. J. D. EJUSDEMQUE PROFES-  
SORIS EXTRAORDINARI ET PHILO-  
sophiæ Moralis Ordinarii in Academia Giffena,  
Domini Præceptoris & Patroni æternum  
devenerandi.

*Publico Examini subicit*

JOHANNES COTHMANNUS,  
Sedino-Pomeranus.

*Ad Diem 14. Julii,*

*Me nuncquam pigebit, Sicubi hesito, querere; nec pudebit, sicubi  
erro, discere. Augustinus.*

♣S(\*\*)S♣

G I S S E,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPFELII,  
Academix Typographi.

M. D C. LI.

CHRISTOPH WILHELM

DEI

IN NOMINE

DAVID MARTINI

PHYSICVS

ET

JOHANNES OTTMANNES

PHYSICVS

Die Person, Director, Bibliothek

1711



## CUM DEO.

**N**unquam displiceant quae placuerunt semel:  
Custodiantur approbata firmiter: humana  
fidei congruit nihil magis. Nemo ingenuus  
facile aut nunquam veritatem negat. Iubens  
hoc leges communiter, idem vult natura im-  
mutabilitas, sola mutabilitas hominum  
non vult. Hinc quod semel placuit centies  
displicet. Sunt faciles multi homines ad contrahendum plurimum  
tamen faciliores ad dissolvendum contractum. Naturaliter dissen-  
sunt. Sciunt nimium applicare & forte injuste illud Sapientis est  
mutare consilium. Ne seruent conventiones quarunt aufugia,  
haec nisi inveniant, gesta actave rotunde negant. Callet senex non  
ignorat infans dicere: Si fecisti nega. Ante nemo fatetur, quam  
probationibus convictus sit. Nemo condemnatur, & quidem recte  
a iudice Reus, nisi intentionem probaverit Actor. Sic in omnibus  
iudiciis nihil frequentius probationibus, & inter omnes omnium  
eximia illa est quae fit per Testes. De hac igitur pauca delibabimus.  
Dividemus autem dissertationem nostram in membra septem. Primum  
membrum continet definitionem testium, & probationis per  
eosdem generalia pauca. II. Est de citatione Testium & partium. III.  
De Productione & repetitione testium. IV. De Iuramento testium  
V. De Examine testium VI. De publicatione Attestationum. VII. Est  
ultimum, de habilitate & inhabilitate testium.

A MEM-





MEMBRUM I.  
CONTINENS DEFINITIONEM  
TESTIUM ET PROBATIONIS PER EOS-  
DEM GENERALIA PAUCA.

THESIS I.

PRÆCIPUA maximeque necessaria iudicii pars est probatio. Potest actio nonnunquam carere aliis partibus nulla sine probatione est Don. 25. Comm. 1. Quicquid in iudiciū vocatur, de eo ante statui nequit à Judice, quam probatum sit. Et Actore non probante, qui convenitur, etsi nihil ipse præstat, obrinet. l. qui accusare 4. C. de edend. l. negantes 9. C. de O & A. cū pro non gestis neq; existentibus habeantur, quæ probari ostendique nequeunt. l. in lege 77. ff. de contrah. empt. l. cum duo 17. ff. de iro diem addict. Wesenbec. in par. ff. de probat. n. 1.

II. Est autem Probatio ejus, quod in controversiam vocatur, legitima iudici facta demonstratio. Umm. disput. ad process. 15. r. 1. num. 4. & dividitur à Dd. in artificialem & inartificialem, Treutl. vol. 2. disput. 4. r. 2. lit. A. Donell. 25. comment. 5. Duar. lib. 1. cap. 25. Hanc ab Oratoribus mutuam tradunt Robert. 4. sentent. 1. Menoch. in præsumpt. nu. 5. & seqq. Pacian 1. de probat. : 4. num. 1. Artificialis est, quæ Arte, solertia & industria Advocati ex natura & affectione causæ seu quæstionis sumitur & invenitur. Cicer. in topic. Alth. 5. diaalog. lib. 3. cap. 28. num. 3. Joh. harr. Emer. a. Rosbach. in pr. civil. tit. 53. num. 2. Umm. disp. ad Process. 15. th. 1. nu. 4. Ad hanc referuntur quas ex topicis desumimus demonstrationes & præsumptiones. Menoch. 1. Præsumpt. 2. & 3. Inartificialis probatio est quæ sumitur ex argumentis inventionis Logicæ inartificialibus, & extrinsecus assumitur ad fidem faciendam à testibus, instrumentis, jurejurando, &c. Rosbach. dict. loc. num. 4. Treutl. vol. 2. disput. 4. th. 2. lit. A. Donell. 25. comm. 6. Horum tamen ultimum magis à probationis onere relevat quam probat, l. cum qui 30. ff. de iurejur. & sic proptiè

proprie probatio dici nequit, Wesenb. in parat. ff. de probat. num. 4. adde  
tamen distinguentein Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 4. th. 1. lit. F.

III. Omnibus autem inartificialibus probationibus dignior  
est quæ fit per Testes Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 6. lit. A. quod inter omnes  
creaturas dignissimus homo gloss. in §. fin. verb. persona 1. de I. N. G. & C. l.  
iustissimus, 4. 4. de adil. edict. & omnia rerum natura hominum gratia com-  
paraverit, l. in pecudum, 28. §. 1. de usur. Imò probatio quæ fit viva homi-  
nis voce, cenferur ideò aliis præstantior, quod vocibus certiores effi-  
ciamur, quam literis Mod. Pist. in proc. part. 2. c. 10. n. 1.

IV. Quare antecedit & superat probationem, quæ fit per in-  
strumenta, adeo ut si instrumentum affirmer, Testes autem vel contra-  
rium vel diversum deponant, his magis, quam illi credatur, Modest.  
Pist. d. l. Hinc in Nov. 73. c. 3. ita rescribit Imperator. Nos quidem existi-  
mamus ea quæ viva voce dicuntur, & cum iurejurando; hæc digniora fide quam  
scripturam ipsam secundum se subsistere. Habet rationes (1.) Quia probatio  
per testes divino Juri consona est, Deus. 19. vers. 15. Instrumenta jus hu-  
manum introduxit. (2.) Quia est vetustior ergo dignior, arg. §. singulo-  
rum 11. l. de R. D. (3.) quia fit medio Juramento, Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 5.  
th. 1. lit. A.

V. Præmissis hifce, nominis notationem damus Dicitur te-  
stis à testando. Calv. in Lex. Iuris significat hoc verbum dum aliquid af-  
firmare suis verbis, tum alterius fidem & conscientiam invocare. Hinc  
notum illud Deum testor! & apud Virgil. 2. AEneid.

*Esto nunc testis Sol, & hæc mihi terra precanti,*

*Et pater omnipotens & tu Saturnia Iuno.*

Utraque illa significatio in testibus concurrat. Invocatur eorum fides  
à producente, ad veritatem dicendam c. causam 1. de testib. cogend. & suâ  
etiam voce id de quo interrogantur, asserunt, Wesenb. in Parat. hic n. 1.  
Alia est tamen hujus verbi significatio, cum ad ultimas voluntates re-  
fertur, l. curent. 22. h. tit. n.

VI. Testes Græcis sunt *μαρτυροί*. Rittersh. ad Nov. part. 9. cap.  
22. n. 3. Alio nomine antiquitus dicebantur. (1.) *Supersites*: nunc parte  
ablata nominis testes vocantur. c. forum. 2. de V. S. cum igitur reperitur,  
Supersitibus præsentibus, nihil aliud indicatur, quam testibus præsen-  
tibus: Rittersh. ad Nov. dict. loc. (2.) *Advocati*, quod scilicet advocarentur,  
Plaut. in pœnul. act. 3. Cicer. pro Cæcilio. Just. Meij. Coll. Arg. lib. 2. tit. 1. th. 18.

A 2

(3) 86

(3) Sacramentalis à sacramento seu Jurejurando; horum mentio fit in  
L. 4. §. 2. ibi dabitur ei defensio cum duo-  
decim Sacramentalibus, 1. FF. 10. & 26. Deniq; (4.) Allegari Rittersha.  
dict. loc.

VII. Sunt autem testes personæ, quæ ad fidem alicujus rei  
faciendam accesserunt, Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 6. lit. A. Wefenb. in par.  
hic num. 1. Nolumus addere cum nonnullis rei controversæ, videntur su-  
perflua, cum facile subintelligantur: Nam testibus opus non habemus  
in alia ulla, quam controversia re & contradictorio.

## II. MEMBRUM.

### DE CITATIONE TESTIVM ET PARTIVM.

I. Manifesti Juris est testes ad dicendum testimonium vel re-  
quirendos, vel citandos, l. testium, 3. §. fin. h. t. l. si quando 19. C. eod. My-  
nsing. 4. obs. 3. Bald. in auth. sed novo iure. C. si cere. perat. Manifestæ etiam ra-  
tionis: quia ex eo, quo quis irrequisitus, se vel operam suam ingerit,  
suspectus redditur, l. que omnia, 2. §. ff. de procurat. l. cura. 3. C. qui militat. poss.  
l. uxori 18. §. 1. qui se. ff. ad L. Cornel. de fals.

II. Ut autem à iudice testis necessariò citatus sit non semper  
requiritur, Umm. disp. ad proc. 16. t. 9. n. 57. sufficit si ad producentis in-  
stantiam compareat: testis enim productio à parte ipsa, citationis lo-  
co est, arg. l. libertorum 12. & ibi Donell. C. hoc titulo & arg. l. in testimo-  
nium, 20. ff. eod. Ayer. in process. lib. 1. cap. 6. observ. 6. n. 4. Bachov. ad Tr.  
vol. 2. disp. 5. th. 6. lit. e. nec præsumuntur à parte producti testes suspecti  
Panorm. in cap. 1. num. 1. de testib. maximè si de citationis defectu tum  
non opponat is contra quem producuntur præsentem & tacentem.  
Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 6. lit. e. Jason. in l. nec quicquam n. 27. ff. de offic. procons.  
& legat. Quod personæ inhabilitas partis adversæ taciturnitate habili-  
tetur, gl. in c. 1. verb. criminalis, de judic. in sexto.

III. Creditur tamen testi semet offerenti & à parte non pro-  
ducto quando versamur in materia, in qua de vitando peccato agitur,  
Mynsing. 4. obs. 3. Felin. in cap. juravit 6. n. 2. de probat.

IV. Inviti saltem olim testimonium dicebant in causis crimi-  
nalibus, in civilibus voluntarii testes erant, Cujac. ad Novell. 91. Hodiè  
legitimè requisitus, monitus, & citatus ad locum in quo iudex de causa  
cognoscit: nam alibi jurans non probat. Farinac. de testibus, quest. 74.  
n. 29.

n. 29. Si vel omninō nō compareat vel etiam testificari nolit ex comm. Dd. sententia Gail. 1. obs. 100. in pr. utroque modo ad testimonium perhibendum cogitur, l. si quando 19. C. de testib. tot. tit. x. de testib. cogend.

V. Remedia sunt varia, puta pignorum captio Umm. d. Diff. 26. th. 18. n. 49. mulctæ dictio, arg. l. 1. §. 3. ff. de ven. inspiciendo. Coguntur etiam relatione omnium damnorum, seu ejus quod interfuit producentis eos comparuisse, Ruland. 2. de commiss. cap. 7. n. 9. per judicem ordinatum & etiam commissarium ejus Gail. 1. obs. 100. in pr. In camera instante producente vel commissario contra testem contumacem & in pœnam pecuniariam declaratum, decernuntur tandem mandata sub pœna Banni. Gail. dict. observ. n. 11.

VI. Redditationes tres, gl. in c. 1. verb. occultent. de testib. quare testes compellendi, sequenter, (1) ne veritas occultetur, c. quanquam 14. quest. 2. (2) ne malus ut bonus æstimetur, d. c. quanquam. (3) quia peccatum mortale est veritatem celare, c. quisquis 11. quest. 3. Sed an semper sit peccatum mortale? Vide Farinac. de testib. quest. 78. n. 14. additur (4) quod testimonium ferre publicum munus est, l. 1. ff. de testib. ad quod invitatus cogitur, Farinac. d. quest. num. 4. & seqq.

VII. Sed si aliquis jurasset, se testimonium perhibere nolle: An ille liber erit? Compellendum eum ad deponendum text. expressus in c. pervenit 4. de testib. cogend. c. insimavit 18. h. r. nec sine peccato observari potest ejusmodi juramentum, cum iram Dei super se provocet veritatem occultans, c. quisquis 11. quest. 3. Obligatorium autem plane non est, cum appareat ex his idem contra bonos mores esse, Gail. 1. observ. 100. n. 3.

VIII. Sic Jurans Secretorum fidem & taciturnitatem testis adhibitus veritatem dicere tenetur, nec revelando perjurus fit Mynsing. 2. observ. 78. Sed potius de peccato, quod temerariè jurans commisit pœnituisse præsumitur, Gail. dicto loco cum mortale sit peccatum veritatem celare, per supr. allegat. Disting. etiam: Aut jurans non cogitavit hunc casum, & tunc juramentum est temerarium, d. c. insimavit & d. c. pervenit: Aut non cogitavit, & juramentum non extenditur ad ea de quibus tempore interpositi juramenti non fuit cogitatum, c. veniens 1. c. quemadmodum 25. de iur. iur. Gail. d. l. 1. & 2. obs. 41. num. 3. Hoc tamen casu excepto, quo quis testis producitur, si contra jusjurandum iverit, secretaq; revelaverit, perjurus erit, gl. in §. in Christi nomine verb. credentias de pœ. constam. Bald. in l. nullum, n. 5. C. b. l. m. A. 3. IX. Sic

**IX.** Sic proceditur contra testes jurisdictioni iudicis causæ subiectos. Exceptio est in testib. alterius territorii, quando jus dicenti extra territorium impune non paretur, *l. ult. ff. de iurisd.* Quoties ergo testes alterius jurisdictionis citandi sunt, illius territorii iudex implorandus, *l. iudices 18. cum aurih. apud eloquentissimum, C. de fid. instrument.* Rotbach. *in pr. civil. tit. 56. n. 19.* & tunc per subsidium Juris seu literas mutui compassus evocandi: Teneatur autem tunc Iudex ordinarius auxiliares manus præbere & ne veritas occultetur, jurisdictionem requirentis iudicis juvare aut eos ipse examinare, vel saltem permittere, ut causæ Iudex sive domi testium, sive alibi illos examinet, *Umm. disp. 16. th. 8. n. 50.* Hæc in pecuniariis quæstionibus obtinent. In criminalibus enim de quibus magnum est periculum omnibus modis præsentari debent testes, *Nov. 90. c. 5.*

**X.** Interpellatione & requisitione illa ordinarii iudicis prætermissa, si alter nihilominus ad citationem progressus sit, citatio non solum planè est nulla & inutilis, sed nuncius etiam à Magistratu loci propter jurisdictionis turbationem incarcerari solet & debet, *Umm. disp. 5. th. 11. n. 60.* Solus Imperator, Camera ejusq; Commissarii, immediate & mediate subiectos Imperio testes libere & jure revocare possunt, *Reuber. de testib. pag. 110.* quamquam quoad Commissarios contradixisse nonnullos status huic evocationi referat, *Gail. 1. obser. 98. n. 2.*

**XI.** Vidimus hoc membro de citatione. Diximus *th. 4. præcedenti* citatum ad locum in quo iudex causæ cognoscit comparere debere: Fallunt hæc in personis egregiis. Mittendus ad earum Domos à iudice Notarius, qui examinet, *l. ad personas, 15 ff. de iurejur.* *Weslenbec. hicnum. 5.* Comprehendimus hic cum Farinac. *de testib. sub egregiis* non solum nobiles & honestos sed simul pauperes, qui propter vestimentorum penuriam dedecori sibi reputant exire domum, & ad hos sine dubio mittendus est Notarius, *c. si qui testium 8. h. t.* Sed etiam pauperes non nobiles, videtur hoc velle, *d. c. si qui testium,* quando de nobilitate altum silentium. *Diss. nonnulli à Farinac. relati de testib. quæst. 77. n. 207.* qui ad conciliationem sequentes casus distinguit & ponderat in quibus sola paupertas sufficiat, ut Iudex mittat notarium ad domum testis, (1) si testis pauper sit honestæ vitæ, (2) si taliter pauper sit, ut propter vestimentorum penuriam dedecori sibi putet exire domum.

7  
mum (3) si sic ita pauper, ut habeat laborare necesse in domo, pro expensis suæ familiæ, & si recederet nihil lucraretur & familia periret.

XII. Procedunt eadem in omnibus testibus in dignitate constitutis, vel talibus, quibus ad iudicem venire dedecus est Farinac. *dict. quest. 77. n. 210.* quales sunt Episcopi ad quos Notarium mittit Iudex *aut. sed iudex C. de Episcop. & Cleric.* continentur sub his sacerdotes & Diaconi, Jafon. *in l. ad personas 15. ff. de iurejur. n. 14.*

XIII. Item in Doctoribus, tam Juriscivilis, quam Canonici, nec professionem habentibus, nec legentibus; qui inter nobiles numerentur, eorumque privilegiis fruuntur. Idem jus habet Licentiarus. Et ampliatur etiam in illis, qui sunt de DD. familia, Farinac. *d. quest. n. 214. & seqq.*

XIV. Mulieribus, quæ propter honestatem vitæ extraneis viris se monstrare non consueverunt, *Novell. 124. c. 1.* præcipuè nobilibus, vel honestis matronis, quas vagari non convenit, nec virorum cœtibus immisceri, *c. mulieres 2. de iudic. in sext.* quas itidem ex quacunque causa personaliter, evocari vel trahi nunquam licet, sed si necessarium sit testimonium earum mittat ad eas, vel tabellionem vel aliam personam idoneam Iudex, *d. c. mulieres.*

XV. Idem placuit in senibus, infirmis & valetudinariis, si ad iudicem ire nequeant: alias secus est. Addantur his generaliter omnes alii, qualitercunque & quomodocunque impediti, non valentes domum exire & ad iudicem ire, vid. Farinac. *dict. quest. 77. n. 224. & seqq.* De illis privilegiatis qui ad testimonium dicendum cogi nequeunt, ne hoc membrum excrescat, infra agemus.

XVI. Neque sufficit testes evocatos comparere velle, producenti incumbit sumptus ad iter necessarios suppeditare, *l. quoniam 11. C. de testib. c. si testes vers. venturis 4. quest. 3.* antequam ad testandum de domo exeant, iterque incipiant, *l. eos, qui 6. §. si quis autem 2. ibi ad faciendi isineris, C. de appellat. Surd. tract. de alim. tit. 4. quest. 17. n. 31.* eosque non solum in veniendo, sed etiam in stando & redeundo, *c. statutum, 11. §. proferendo in sext.* idque iudex ita fieri debet jubere. Quid si non jubeat? Quid si iudici jubenti producens non pareat? Tunc citati testes comparere non tenentur, Donell. *ad d. l. 11. Gail. 1. observ. 99. n. 2. Græv. 1. conclus. 99.*

XVII. Neque iniquum planè est pervulgata Juris, quæ volunt, quod nemo iacturam & difficultates pro alieno commodo sentire debeat,

8  
debeat, l. si quando, C. h. t. n. §. Neminē etiam propriis militare stipendiis  
cogunt, c. cum ex officio 16. de preser. Neminem volunt sentire commoda  
sine oneribus. Nemini officium suum volunt esse damnosum, l. si ser-  
vus communi, 61. §. qui vero, §. ff. de furt. l. sed si quis, 7. ff. quemadmodum testa-  
ment. aperiant. nec beneficium facere de suo quis cogitur, c. precaria 10.  
q. 2. & sumtus is subministrabit cujus grātia actus celebratur, l. sed & si  
11. §. quo auserit, 1. ff. ad exhibend.

XVIII. Sumtus computandi & suppeditandi secundum di-  
gnitatem & conditionem cuiusq; testis. Habebitur semper persona-  
rum respectus differentiae & qualitatis. Non tamen necesse est, ut  
sint delicata & voluptuaria, sufficit esse necessaria & moderata quae  
praebenda, arg. c. ad hoc 1. de sequestrat. possess. l. inter quos, 39. §. in asimando  
fñ. ff. de damn. infect. & qualia ipse in sua domo solet habere testes, Surd.  
de aliment. tit. 4. quast. 21. n. 3. & 4. Ayter. in Process. lib. 1. c. 4. observ. 1. n. 30.  
Nobilis pedes ire non tenetur recte utitur vel equo vel vehiculo, Ti-  
raq. de nobilit. cap. 20. n. 77. Bald. in l. liberti libert. q. C. de oper. libert.  
n. 13. Idem affirmamus de alia persona honesta, quam pedes ire non  
decet, Speculat. tit. de testib. §. qualiter n. 12. etiam si proprio usa sit equo,  
Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 21. n. 8. & 9. atque si iter commode per  
aquam fieri potuit, ad navem quoque extenditur, Ayter. d. loc. Surd.  
d. tract. tit. 4. quast. 8. n. 4. Rusticus neque vehiculo utatur neq; equo, si  
contra fecerit sumtus non refundantur, Tiraq. de Nobil. dict. loc. gloss.  
in l. idemq; 10. §. idem Labeo 9. ff. mandat. Gal. 1. observ. 99. nu. 4.

XIX. Ampliatur, ut testis expensis producentis curandus sit  
in morbo in itinere correptus. Rationem damus, quia testi alimenta de-  
bentur & victus, Surd. d. tr. tit. 4. q. 66. num. 1. Horum autem appella-  
tione medicamenta cōprehenduntur, cum iis curandi nostri corporis  
gratia utamur, l. verbo victus 43. cum seq. ff. de V. S. Ayter. in Process. d. loc. n. 22.  
Interim non tenebitur praestare medicinam producens testi? Si sua  
culpa in morbum incidit, cum sua cuiq; debeat esse damnosa culpa, c.  
damnum 86. de R. l. in sext. l. si quis suo 33. §. legis, 1. ff. de inoff. test.

XX. Illud quaeritur an alimenta integra solvenda, an dedu-  
ctis iis quae testis domi expendisset? Integra solvenda non esse vult,  
Bald. in l. sed etsi, §. quod autem in pr. ff. ad exhib. Cyn. in l. quoniam 11. circa  
fñ. C. h. t. n. Ab his diff. gloss. recte in c. statusus 11. verb. moderati de re-  
scrip.

9  
script. in sext. Quod c. si testes vers. venturio 4. quest. 3. nihil distinguat, sed  
tantus & expensas simpliciter ministrari velit, sinementione dedu-  
ctionis cuiusdam. Hanc magis comm. dicit Surd. d. tit. 4. quest. 25. n. 3.  
cum testis domi aliquid lucratus fuisset rebusq; suis domesticis & fa-  
milie cum fructu presens superfuisset.

XXI. An temporis aut emolumentorum, quibus quis ob absen-  
tiam caret ratio habenda? Negamus cū Bald. Franc. Guidon. & Gail.  
1. observ. 99. n. 5. addunt rationem: quod testis ob testimonium non lu-  
crum querere, sed gratis veritati adistere debeat, c. non sane 14. quest. 5.  
que planè nobis displicet, cū nihil hic cōcludere queat, sed potius ob-  
stet. Limitatur in evocato teste mercenario, ex operis diurnis se, uxo-  
rem, liberosque alente, cum operarum intermissio ob utilitatem alte-  
rius fraudi & nocumento esse non debeat, l. si servus communis 61. §. 5. ff.  
de furt. l. sed si quis, 7. ff. quem adm. test. aperians. Gail. 1. obs. 99. n. 8.

XXII. Sed testi in itinere à latronibus spoliato producens ad  
damnum refarciendum non tenetur, Bald. in c. 1. de sequestr. poss. §. n. 2.  
Quod damnum eiusmodi à latronibus datum, est casus fortuitus, l. con-  
tractus 23. ff. de R. I. Sebastian. Medic. de casib. fortuit. part. 1. quest. 13. num. 20.  
quem nemo præstat: quia eum nullum humanum consilium prævide-  
re potest, Ulpian. in l. non utiq; 2. §. si eo, 7. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.  
d. l. contractus c. quidam ultim. de homicid. Ayr. d. l. n. 31. Gail. 2. obs. 21. n. 2.

XXIII. Non sufficit interim testium citatio, pars adversa, ad-  
versus quam testes producuntur, semper etiam citanda est, c. in nomine  
Domini 2. de testib. Farinac. de testib. q. 72. num. 1. Umm. disp. 16. th. 9. num. 58.  
alias depositio nullius momenti, d. c. in nomine Domini, l. iudices 18. C. de fid.  
instrument. Ruland. 2. de commissar. 2. cap. 3. n. 2. Gramm. deciss. 11. n. 7. Quod  
quoties de absentis prejudicio agitur, toties ad eum citatio fieri debet,  
c. caveant, c. omnia 3. quest. 9. Ut videat nempe produci testes, ut videat  
eosdem jurare, ut possit contra eos excipere & contra depositionem  
protestari, ut possit interrogatoria exhibere, ut adjunctum examina-  
tori præsentet, &c. Ruland. 2. de commissar. cap. 3. n. 3. & seqq.

XXIV. Neque examinati testes, parte non citata etiam si mille  
sint, probant, Farinac. de test. q. 72. n. 30. sive causa sit civilis, sive crimi-  
nalis, sive summaria, sive ordinaria, Farinac. d. quest. n. 14. etiam si tra-  
ctetur coram Principe, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1366. num. 2.  
Gramm. deciss. 110. n. 233. Farinac. d. quest. num. 29. neq; ad Favorem non

B

citati



citati probant, neq; contra producentem fidem faciunt, Mascard. de probat. lib. 2. concl. 682. n. 14. Farinac. d. quest. n. 32.

XXV. Re Etè intermittitur citatio quando periculum est in mora, Rul. 2. de commiss. cap. 3. n. 1. Umm. disp. 16. th. 9. n. 58. Quando pars adversa citata emanet, *auth. sed & si quis, C. de test. Ruland. d. l. c. 8. n. 1. & 4. Ayer. d. loc. producens tamen præsens sit, Novell. 90. c. 2. de test. utraque parte absente iudex ad examen procedere nequit, Donell. ad l. si quando C. d. sit. Umm. d. loc. Quando est timor mortis & absentia testium, c. 8. de testib. Mascard. de prob. lib. 2. conclus. 681. n. 27. & lib. 3. concl. 1366. num. 20. quando imminet potentia adversarii, Mascard. conclus. 82. n. 14. Quando examinatio fit ad perpetuam rei memoriam, Ayer. in proc. lib. 1. c. 6. observ. 7. num. 8. adde omninò Farinac. quest. 72. n. 36. & multi seqq. Idem est si per viam inquisitionis procedatur, Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quest. 11. idem in causa hæresis & Assassini, Ayer. d. l. n. 11. & 12. & nisi etiam sit consuetudo, quæ permittit testes non citata parte recipi, qualis Uraclavizæ est, quam valere pronunciarunt Pragenfes, Modest. Pist. in proc. part. 2. cap. 10. n. 10. plura vide apud Farinac. d. q. 72. Socin. Regul. 406. Gail. 1. observ. 102. n. 4. & seqq.*

XXVI. Denique ad eum producentem denunciationem faciat iudex de testium examine, formam denunciationis habet Rosbach. in prax. civil. t. 56. num. 31. ubi simul invenitur schedula memorialis, der Gedeneszettel an die Zeugen. Et communi iudiciorum stylo receptum est, ut hic non minus quam adversarius de examinatione & receptione testium admonendus & citandus sit: quod omnes, quorum interest citari debeant, quorumque causa agitur, e. in nomine Domini, 2. h. r. l. de unoquoq; 47. ff. de re iudicat. Socin. de citat. art. 7. n. 5. Ayer. d. c. 7. observ. 8. alias non valeret processus, Salicet. in auth. ad hac num. 2. C. si min. se major.

XXVII. Committuntur insinuationes citationum & denunciationum Nuncio, & datur eidem nonnunquã instructio in scriptis, quam habet Rosbach. in prax. civil. tit. 56. num. 34. Sit autem ille executor juratus. Insinuat citationibus & schedulis memorialibus, reversus executor relationem faciat quando, ubi, quomodo, cui citatio nestraderit & hoc mediante juramento, quo obstrictus est iudico facete tenetur. Creditur autem ei de actu ad suum officium pertinente, propter electam fidem, & juramenti religionem, qua obstrictus

Etus est iudicio, l. apparitores, §. C. de execut. tribut. Specul. tit. de cit. §. sequitur n. 6. Gail. i. observ. 54. n. 4. & 5. Hanc renunciationem executoris, ut sit pars aëtorum & de legitima facta executione appareat, ad Acta notet Notarius, cum processus pars substantialis sit, Gail. dict. observ. n. 7. nam si ex actis de ea non constet, neq; citatio, neq; sententia neq; processus in contumaciam factus valet, l. in hac autem, §. 1. ff. ex quib. caus. in poss. Gail. d. l. n. 7. Marant. part. 6. de citat. num. 55. Ayter. in Process. lib. 1. c. 4. observ. 2. num. 7. & 8. Offerit etiam interdum executor relationem suam in scriptis, quam hunc in modum subscribat. Daß diese vorgeschriebene citationes vñnd executiones, inmassen wie oblauff/also beschehen/bezeugt ich NN. dieser vorgemelten Sachen / N. contra N. darzu abgefertigter vñnd verendigter Exequent mit dieser meiner eygenen Handschrift. Modum exequendi & officium executionis, vide apud Gail. i. observ. 54. & seqq. Rosbach. dict. tit. jam quiescit processus, usq; ad terminum productioni definitum.

### MEMBRUM III.

#### DE PRODUCTIONE ET REPETITIONE

##### Testium.

I. Termino probationis appropinquato, partibus simulque testibus ad emissam citationem coram iudice vel commissario, in loco definito ritè comparentibus; pars producens debita reverentiâ iudici vel commissario testes præsentat, ut eos recipiat, jurari faciat, & ut iustum est examinet, rogat. Absentes etiam tanquam præsentés in termino sistit. Si mandatarius sit, mandatum exhibet, quod palam legitur, & parti adversæ ad recognoscendum sigillum illius exhibetur, contra hoc si nihil objiciatur nec excipiat, designatio testium legatur, ut sciri possit num omnes cõparuerint. Postea pars adversa quoq; cõparet, interrogatoria tam generalia, quam specialia exhibet. Hæc interrogatoria Iudex vel Commissarius revidet, si in pertinentia vel superflua iuenerit, ex officio delere vel omittere potest. Si neq; compareat, neque etiam interrogatoria exhibeat, in contumaciam cum examine testium Iudex vel Commissarius procedit ex officio suo. Pars etiam si vult Notarium præsentat & adjungit, qui juramento à iudice obstringitur. Et tunc ad Jurisjurandi præstationem testes omnes adi-

B 2

guntur,

guntur, nisi partes illud remittere, quos interrogare solet Judex, velint, eosq; suis promissionibus committere. Si testes partibus juramento aut fidelitate obstricti sint à partibus usq; ad finem depositionis libentur, nisi fecerint aut recusaverint partes, ipse Judex faciat, Rosbach, *d. 1. § 6. num. 34.* Reliqua absentibus à Judice expediuntur vel Commissario partibus.

II. Terminus productionis de Jure arbitrarius est, pro distantia locorum & personarum qualitate à Judice moderandus, *c. inducio, 3. quest. 3. c. quod ad consultationem 15. de sentens. & re judic.* Rosbach, *d. 1. § 6. nu. 20.* Specul. *de citat. §. nunc de temporum in fin.* Marant. *in specul. de citat. part. 6. n. 15.* Et dantur ferè Primo loco tres menses, Secundo sex, Postremo ad summum novem, *l. 1. c. de dilation. & quidem in transmarina dilatione, d. l. 1.* In Camera committuntur hæc tempora judicis arbitrio, Gail. *1. observ. 91. num. 13.* Quarta productio non nisi ex justissimis causis concedenda, & ad eam facilis esse Judex non debet, Wesenbec. *h. s. num. 5.* Gail. *d. l. num. 16.* Petita tamen conceditur adhibita solennitate legali, sacramento à petente prius dando; Quod neq; subtraxerit, neq; percontatus est ipse testificationes, vel aliquis advocatorum ejus, vel alius pro eo agens, nec per dolum nec per machinationem vel artem, quartam productionem testium fieri petat, *auth. at qui semel, C. de probat. c. ultra tertiam § 5. de testib.* Rittersh. *ad Nov. part. 9. cap. 22. n. 17.* Modest. Pist. *in Process. part. 2. cap. 10. n. 6.*

III. Cauti sint Advocati, quando quartæ productionis admissionem petunt, ut ad præcedentem solennitatem implendam se statim offerant. Petitione simpliciter sine hac oblatione instituta, denegari potest à judice quarta dilatio, Sichard. *in d. auth. at qui semel n. 29.* Rosbach. *in pr. civil. tit. 56. num. 21.* Et ad hanc petendam aut ejus prorogationem, (quæ difficile conceditur ne quinta etiam in effectu permittatur) & jusjurandum speciali opus est mandato, Gail. *1. observ. 91. n. 19.*

IV. Cautè agat producens testes, cum qualitates illorum & conditiones opprobasse censeatur, nec possit iste contra eos excipere aut objicere, *l. si quis testibus 17 C. h. t. Farinac. de indic. & tortur. lib. 1. tit. 5. q. 47. num. 36.* nam contra producentem testes inhabiles bene probât, *d. l. si quis testibus 17.* quæ canonizata est in *c. si testes, vers. si quis 4. q. 3.* Speculat. *in tit. de testib. §. saepe num. 5.* Marant. *in specul. part. 6. tit. de test. repul. n. 10.* Mascard. *de prob. lib. 3. concl. 1235. num. 1.* Prosp. Farinac. *de test. q. 62. num. 211.*

V. So-

V. Solaq; testium productio sufficit, ut earum personæ repro-  
 bari nequeant. Et si eorum testimonio & examine usus non sit produ-  
 cens, Marant. *d. l. num. 10.* Mascard. *d. conclus. n. 11.* aut postea pœnitens  
 non examinaverit, Farinac. *d. quest. num. 223.* Idem est si ab alia & di-  
 versa persona, quam ab ea, contra quam primo loco fuerant producti  
 reproducantur, Farinac. *d. quest. n. 22.* & procedit non solum in civilibus  
 sed etiam in criminalibus, Farinac. *d. quest. num. 213.* etiam in diver-  
 sa causa, testem namq; quem in una causa pro me produxi, non possum  
 reprobare si in alia iterum contra me producat, *d. l. si quis testibus, 17.*  
*C. h. t. Speculat. in tit. de test. §. saepe num. 7.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus.*  
*1235. num. 9.* Ita ut etiam testimonium Judæi contra Christianum pro-  
 ducentem valeat, Farinac. *q. 56. n. 217.*

VI. Limitantur tamen hæc modis variis. Sic exceptiones su-  
 pervenientes post testium inductionem, opponere producents nō pro-  
 hibetur, *d. l. quis testibus 17.* Sic censentur solummodo per productio-  
 nem approbatæ personæ testium, sed non dicta, & ideo licet non con-  
 tra personas, tamen contra dicta poterit excipere producents, *d. l. si quis*  
*ibi non admittenda, ibiq; gloss. in verb. arguere, Marant. in sp. cul. part. 6. tit. de test.*  
*repuls. num. 2* Specul. *tit. de testib. §. saepe num. 7.* Si etiam ignoravit eorum  
 inhabilitatem producents rectè excipit, non enim approbavit per pro-  
 ductionem defectus quos ignoravit, Farinac. *q. 62. num. 244* Et quan-  
 do testem quem produxi cōtra te reprobasti, eundem à te productum  
 rectè reprobo, quod nemo sentire debet commodum ex actu quem  
 impugnat, *arg. l. Papinianus 8. §. meminisse, 14. ff. de in offic. test.* Mascard. *de*  
*probat. lib. 2. concl. 1235. n. 7. & 17. add. omninò Farinac. d. quest. num. 240.*  
*& multis seqq.*

VII. Tempus productionis testium regulariter est post litem  
 contestatam, *c. 1. c. 2. & c. quoniam cum tot. tit. ut lit. non contest.* Treutler.  
*lib. 2. disp. 5. th. 7. lit. e.* Wesenb. *hic num. 5.* ante eam nec examinari nec  
 produci possunt, *d. tit. ut lit. non contest.* Speculat. *tit. de testib. §. nunc tracte-*  
*mus, Rosbach. prax. civil. tit. 59. num. 1.* Ab hac regula excipitur produ-  
 ctio ad æternam rei memoriam, *c. quoniam 5. ut lit. non contest. c. significa-*  
*vit, 41. h. t.* Wesenb. *d. loc.* Farinac. *q. 76. n. 11.* quæ locum habet quando  
 vel mors vel diuturna absentia testium vel aliud timetur, ne nobis suc-  
 cessoribusque nostris probationum facultas rerumque gestorum me-  
 moria

memoria subtrahatur, *d. c. quoniam* 5. Rosb. *d. tit. n. 3.* Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 7. lit. f.*

VIII. Producentur ab actore & reo testes ad perpetuam rei memoriam, Mynsing. 4. *observ.* 71. Alia autem est ratio Actoris alia Rei, ut ille eam obtineat requiritur, ut testes sint senes, valetudinarii aut dici abfururi. Hæc requisita in supplicatione pro impetranda productione ad perpetuam rei memoriam conjunctim aut sigillatim exprimenda sunt, Gail. 1. *observ.* 9 2. n. 3. Necessè iterum est agendi potestatem actorem tunc non habere, Umm. *disp.* 16. *th. 7. n. 46.* alias examen hoc ante litis contestationem denegatur, *d. c. quoniam frequenter, ut lit. non contest.* Agat, si in potestate est, & suo tempore testes producat, Umm. *d. l.* Si ut agat potestatis non est examē impetret. Veluti si ipsi aliquid in diem aut sub cōditione debeat, Farinac. *d. quest.* 76. *num. 16.* Umm. *d. l.* Socin. *regul.* 404. *fall. 1.* Mynf. 4. *obs.* 72. *num. 4.* Cum enim ante conditionem existentem experiri nequeat, metuat tamen negationem debiti, aut testium qui scientiam habent vel mortem vel absentiam, *d. c. quoniam frequenter, s. ante conditionis implementum, & sic amissionem probationum, merito audiendus est, Mynsing. d. l. Rosb. d. tit. 59. n. 4. d. c. quoniam.*

IX. Impetrato beneficio hoc, & facta productione & examinatione, quæ coram ordinario & competente causæ iudice instituenda & expedienda, Umm. *disp.* 16. *th. 7. num. 46.* Rosbach. *d. tit. nu. 5.* Gail. 1. *observ.* 93. *n. 1.* Ruland. 2. *de commiss.* 1. *cap. 2. num. 4. & 11.* Actor actionem suam intra annum post productionem ad æternam rei memoriam instituat, *d. c. quoniam frequenter, Treutl. l. 2. disputat. 5. th. 7. lit. F.* Gail. 1. *observ.* 92. *n. 3.* Rosbach. *d. tit. 59. num. 4.* vel saltem receptionem huiusmodi testium reo denunciât, *d. c. quoniam.* Intra annum alias contra eum præsumptio orietur, quod examinatio facta sit in fraudem, *d. c. quoniam, Treutl. d. disp. th. 7. lit. f.* Alciat. *de præsumpt. in pr. §. 2. n. 15.* computatur tamen annus ab eo tempore quo agere potuit & sic utilis est, *d. c. quoniam, Treutl. d. l. Gail. d. l.*

X. Alio jure Reus utitur, ex illius parte ætatis, valetudinis & absentię testium non habetur ratio neque attenditur, quoslibet indistinctè producit, Gail. 1. *observ.* 92. *num. 2.* Rosb. *d. tit. num. 7.* Si verissimiliter litem timeat, Treutl. *d. disput. th. 7. lit. e.* Ratio diversitatis manifestat. Quod actor quidem in sua habeat potestate, ut quando velit agere possit:

possitis autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conveniatur, verba Pauli sunt, *in l. pure, §. non sicut, fin. ff. de dol. mal. & mes. except. l. qui in alterius, 42. de R. l. l. unic. C. ut nem. in vit. ag. Rosbach. d. loc.* Et reus depositione uti potest quodcumque conveniatur, Vult. 2. l. R. 6. 30. num. 30. Farinac. *quæst. 76. n. 182.* etsi maximè testes adhuc in vivis essent, novum examen non instituit, Ruland, *de commiss. lib. 1. cap. 21. n. 5.* Mascard, *de probat. concl. 1367. num. 10.* Umm, *disp. 16. th. 7. num. 46.* Fallit singulariter, si per modum actionis Reo comperat exceptio, ut in exceptione non numeratæ pecuniæ, *auth. hanc autem querelam, C. de non numer. pecun. Gail. 1. obs. 92. n. 10.*

XI. De repetitione testium addamus pauca, quæ quamvis inferius forte re etius locum invenirent, cum tamen hic de productione egerimus, nõ etiam inconveniens erit repetitionem statim subjungere. Habet hæc in ordinario iudicio locum & regulariter attestationibus nondum publicatis, ut corrigant testimonia iisdemque addant, *e. præterea 3. de testib. cogend. Gail. 1. observ. 93. n. 7.* Et formatur regula, testes publicatione attestationum facta ad partis instantiam nullo modo repeti posse, *e. per tuos 48. h. t. Prosp. Farinac. de testib. quæst. 66. num. 255.* neque ut se corrigant, addant, declarent neque ex intervallo neque in continenti, Jul. Clar. *in pract. §. fin. 9. 53. vers. quartus est casus, Farin. d. l.*

XII. Aliud obtinet in iudiciis summaris, Farinac. *d. quæst. n. 259.* & sic testis sponte iverit ad iudicem ad faciendum declarationem, dummodo se cum parte non locutum juret, Farin. *d. l.* Potest etiam iudex, si videbitur iusta & rationabilis causa, eos sibi repetere, & hanc consuetudinem observari testis est, Specular. *in tit. de testib. §. satis utiliter n. 4.* Jul. Clar. *d. l.* & Farin. *d. l.* qui ampliat hæc & limitat.

XIII. Pro teste repetito duas cautelas tradit Gail. *1. obs. 94. num. 1. & 3.* Prima est, quam salutarem dicit ad evitandum perjurium, Bartol. *in l. eos num. 6. ff. ad L. Corneli. de fals. Felin. in c. cum in tua. n. 1. de test. cum hominis memoria labilis sit & infirma, l. peregre 44. in pr. ff. de acquir. vel amitt. possess.* ut ad primam depositionem se referat testis hoc modo. Dico super articulo prout jam memini. Si in prima de positione aliud dixerò, hoc ad prima verba & testificationem reducat & referatur. Secunda est. Si iudex relationem ad primam depositionem simpliciter factam admittere nolit (testimonium dico perinde atque in primo examine) sed ut ad singulos articulos ex integro respondeat, *urget;*

urgeat; ut à Judice petat exhibitionem rotuli primi, ut ex eo evitandū perjurii & veritatis dicendæ causa se informare possit, ne contrarius inveniatur, sibi neq; committat perjurium: cum omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare divinitatis magis sit, quam mortalitatis, Justin. in l. 2. C. de V. I. E.

MEMBRUM. IV.

DE JURAMENTO TESTIVM.

I. Injuraro testi non creditur, *l. jurisjurandi 9. l. si quando, 19. C. h. s. c. suis questionibus 39. c. nuper nobis 51. eod.* Mascard. de probat. lib. 1. in prefat. quest. 5. n. 74. & 76. Farinac. de rest. quest. 74. num. 1. Constitit injuramento substantia depositionis testium, Setzer. 3. de juram. cap. 9. num. 7. Ergo omnes jurare tenentur, quamvis religiosi sint, quamvis etiam honore aliquo fulgeant, *l. jurisjurandi, 9. d. c. nuper nobis 51. c. fraternitatis, 17. h. t. cum in præjudicium alterius testi injurato fides haberi non debeat, d. c. nuper nobis, præsertim in causis criminalibus, Gail. 1. observ. 101. num. 1. Rosbach. in pr. civilis sit. 57. num. 2.* Est autem juramentum hoc veritatis ante admissionem testium ad testificandum præstandum, de veritate ad interrogatoria & articulos dicenda, *d. l. jurisjurandi 9. Rosbach. d. loc. n. 1.*

II. Neq; liberi sunt ab hujus juramenti præstatione, Monachi, Religiosi, Sacerdotes, *d. c. nuper nobis & ibi gloss. in verb. nisi juratus c. suis quest. 39. h. t. Speculat. in sit. de testib. §. sequitur num. 6.* Mascard. de probat. conclus. 1362. n. 2. Neq; ergo planè refert, quis deponere debeat, cuiusq; etiam dignitatis & auctoritatis sit, Mascard. de probat. lib. 1. quest. 5. num. 78. Farinac. d. quest. 74. num. 69. Etiam si Cardinalis sit, *gl. in c. cum olim in verb. quorundam de privileg. Farinac. dict. quest. num. 68. Mascard. d. l. n. 58. vers. nec Cardinalis.* Nec ipsi Pontifici nec Imperatori injurato credendum, Menoch. arbit. 2. quest. 26. nu. 4. Rutger. Ruland. 2. de commiss. 2. c. 11. n. 3.

III. Fiet hoc juramentum in præsentia utriusq; partis, modo pars cõtumaciter nulla abfuerit, *l. si quando 29. C. h. sit. c. in nomine Domini eod.* Ruland. 2. de commiss. 2. c. 12. num. 7. & quidem in loco judicii non alibi, Mascard. de probat. in prefat. quest. 5. num. 89. congruo tempore, die non feriato: quia testes recipere & juramento obstringere, est actus judicialis, *c. quoniam de probat. l. dies festos C. de fer.* Rosbach. d. l. n. 10. Præster

steetur præviâ admonitione super perjurio ab examinatore Umm. in  
*prosess. disp. 16. sh. 9. n. 60.* Videlicet, quod perjurus peccet primo contra  
 Deum creatorem suum, quem contemnit. Secundo contra proxi-  
 mum, cui falsum testimonium perhibens, jus intervertit & lædit.  
 Tertio contra Judicem quem decipit ira ut iniquam sententiam ferat  
 & innocentem condemnet. Quarto, quod palam facto perjurio à Ma-  
 gistratu puniatur. Quintò quod pars læsa ab eo damnum & expensas  
 repetere possit, Rosbach. *tit. 56. n. 36.* Ruland. 2. *de commissari. 2. cap. 12. n.*  
*10. & seqq.*

IV. Præstant Juramentum hoc in propria persona testes *c. in*  
*omni negotio 4. de testib.* quod per procuratorem deponere nequeant.  
 Umm. *disput. 16. sh. 9. n. 60.* Farinac. *d. quest. 74. n. 28.* qui tamen procu-  
 ratorem admittit, si ad hoc speciale habeat mandatum, & tunc jura-  
 bit inanimam constituentis & non in suam ut facile intelligitur. Solen-  
 nitas & modus adhibeatur ille quem judicia ex consuetudine vel or-  
 dinationibus observant. Jurant quibusdam in locis, nisi in plurimis,  
 duobus digitis cum pollice erectis masculi. Plerumq; impositâ mam-  
 mæ sinistræ dexterâ fœminæ, Rosbachi *d. l. num. 12.*

V. Ante ipsum examen præstetur *l. iurisjurandi. 9. C. h. s. ibi: prius-*  
*quam perhibeant testimonium c. de test. b. eod.* Mynsing. 3. *observ. 80. num. 1.*  
 Donell. *in l. si quando 19. C. h. t. llic. Umm. disput. 16. sh. 9. num. ult.* cum de  
 natura & ordine judiciorum sit ut testes primo jurent & postea depo-  
 nant Myns. *d. 3. observ. 80.* alias depositio nulla est. Prosper Farinac. *quest.*  
*74. n. 31.* Quid ergo dicendum si post examen & depositionem, testis  
 demum juravit? Gaïl. 1. *obs. 101. n. 9.* putat hujusmodi depositionem  
 factam ante juramentum valere, si ipsum in continenti juramentum  
 subsecuta sit, quod actui inesse v deantur, quæ in continenti fiunt &  
 quod depositio ista iurisjurandi religione vestita sit, *arg. l. iurisgentium 7.*  
*§. quin imò. ff. de pact. l. penult. C. de inst. & Substit.* Secus si post intervallum  
 juramentum præstaretur, tunc enim non inesse censeretur. Alii in hac  
 quæstione aliter sentiunt, ut videre est ex Umm. *disp. 16. sh. 9. n. 60.* &  
 Rosbach. *in praxi civil. d. tit. 57. n. 7.* Sed quoad veritatem juris illa de-  
 fendi posse, vix credo *c. nuper. c. fraternis uti x. de testib. l. 14. C. de testib.*

VI. An autem partium voluntate & unanimi consensu testi-  
 bus juramentum hoc potest remitti? Et potest expresso consensu *c.*  
*in quæstionibus 39. de testib.* Modestini. Pistor. *in proc. part. 2. cap. 11. n. 4.*

C

Specular:



Speculat: *de testib. §. sequitur.* Farinac. *d. quest. 74. n. 84.* quod juramentum testis, favorem respicit partis, cui quilibet pro se introducto valet renunciare, *c. in ruis 2. de sponsalib. & solet talis remissio fieri testibus illustribus aut in dignitate quadam constitutis.* Gail. *d. l. num. 2.* Remittitur tamen saltem in causa civili. Speculat. *tit. de Testib. d. §. sequitur.* Rosbach. *d. tit. n. 5.* Umm. *d. loc.* Aliud obtinet in causa criminali, matrimoniali & ardua, Serz: *3. de Jurament. c. 9. n. 38.* Mascard: *de probat. lib. 1. quest. 5. num. 107.* Farinac. *d. loc. n. 85. & 97.* Judex interina, renunciatione & remissione à partibus facta nihil obstantes juramentum si ipsi videbitur, nisi ante mediante ejus autoritate remissum sit, deferre potest. Gail. *d. loc.* Rosbach. *d. l. Speculat. d. tit. de testib. §. sequitur.*

VII. Potissima quæ testium juramento præstanda & promittenda veniunt, enumerat Quatuor *d. loc.* Rosbach. cui adde Farinac. *d. quest. 74. num. 9. 16. 17. 18. & seqq.* Umm. *disput. 16. th. 9. num. 60.* Convenire videntur Dd. in eam formulam Umm. *d. loc.* Nimirum quod testes falsum non dicturi & verum non tacituri sint. Novell. *123. c. 7.* ibi quæ noverint, & quod pro utraq; parte, in tota causa super qua producti sunt, hoc facere velint; Deniq; quod non prece, non precio, non amore, non odio, non timore, non alio ullo aliquo, quod ad veritatem spectet intermissuri sint dicere, Farinac. *d. loc. n. 13. & 17.* Juramenti formula sequens esse solet, quam etiam habet Rosbach. *d. loc.* Ich schwere / daß ich auff die Articul / Fraastück vnd ganze Sache / zwischen N. contra N. so viel ich darumb befrager werde / vnd mir bewußt ist / die rechte Warheit sagen / vnd das nicht lassen wil / weder vmb Gabel / Geschenck / Freundschaft / Gunst / Feindschaft / oder anderer Hand Sachen willen / so wahr mir Gott helffe.

VIII. Pœna per juri sequens est. Digni priores pejeranti in civilibus causis, quibus pejeravit, præciduntur, exuto omni honore, quæ etiam forte perjurio adquisivit bona, refundere tenetur. In criminalibus illam ipsam pœnam sustinet, quam is, contra quam falsum testimonium dixit, vel innocens luit, vel luere debuisset, & id ex constit. Criminal. Carol. V. *art. 107. tit. Straff der jenen / so einen Eyd vorm Richter vnd Gericht Meinen dig geschworen / in jure civili pejeranti pœna constituta nulla est.* Quod jurisjurandi Religio violata Deum satis ultorem habeat. Alexander Imperat: *in l. jurisjurandi. 2. C. de reb. credit. & jurejur. Cujac. 2. observat. 19.*

MEM-

## MEMBRUM V.

## DE EXAMINE TESTIVM.

I. Præstito veritatis juramento à testibus, ad ipsum examinis actum devenitur à iudice, postquam producens obtulit articulos libelli exhibiti, vel repetit oblatos, quibus addit directorium. Quo facto articuli probatorii ad versario communicandi sunt, ut concipiat interrogatoria, *c. 2. de testib. Speculat. tit. de testib. §. iam de interrogatoriis in pr.* Quem examinis actum an alii committere iudex possit? Quæritur? Quotidianus usus ostendit. Testium receptionem in causis civilibus alii per iudicem committi posse, sine pugna est. *Mynsing. 3. observat. 40.* præsertim si testes sunt multum distantes à iudicii loco; vel alterius territorii: sive producantur ab actore, vel reo, ad probationem positi-  
 onalium & defensionalium. *l. iudices. 18. C. de fid. instrum. Gail. 1. observ. 96. n. r. Mynsing. d. l.* Sed an commissio testium receptionis, ut in civilibus etiam in criminalibus obtineat? Aliud dicendum in causa criminali, *auth. apud eloquentissimum C. de fid. Instrument. l. testium 3. §. 3. h. r. Farinac. de Testib. quest. 77. n. 196. Lanfranc. in pr. tit. de test. num. 19. Speculat. tit. de test. §. nunc tractandum num. 2.* Adeo ut idem sit dicendum, si extra etiam iudicis jurisdictionem sint: nam tum repræsentari debent. *d. auth. apud eloquentissimum.* Camera interim Imperialis etiam in criminalibus, puta in causis fractæ pacis, ubi agitur ad pœnam banni, quam criminalem esse constat, commissionem pro recipiendis testibus admittit & observat. *Gail. 1. observ. 96. num. 10. Mynsing. d. observ. 40. in fin.*

II. Fiat examen exclusis partibus & in secreto *l. nullum 14. C. h. r. n. ibi, iudicanti intrare secretum. Sichard. in l. 12. num. 1. C. d. tit. Ruland. 2. de commissar. 2. cap. 13. n. 2.* exemplo Danielis in causa contra Susannam. *Farinac. quest. 80. num. 93.* quam sententiam communis & generalis fori stylus observat. *gl. in c. 2. in verb. audire. de testib. Speculat. in tit. de testib. §. nunc tractandum n. 1. Umm disp. 16. n. 62.* Ubi tamen de jure civili contrariam opinionem fovet ac tuetur.

III. Examinandi sunt non una & cumulativè, non simul, sed singulariter *c. venerabilis x. de testib. l. nullum. 14. C. eod. auth. atqui semel C. de probat.* quod tunc tanto liberiores ad deponendum procedunt, *gl. in cap. quia propter. verb. secreto. de election.* Quod alias præberetur occasio deponendi falsum, cum unus instrueret alterum. Quod oriretur cõfusio,  
 C 2 varietas,

varietas, contradictio, contentio. *Speculat. d. tit. §. nunc tractandum. num. 9. Farinac. d. quest. 80. n. 94.* Faciant etiam initium iudices seu examinatores ab iis testibus, qui sunt ex locis remotioribus. *Umm. d. disput. n. 63.* Et quidem testimonii causa presentes intra dies XV. examinentur, *l. si quando 19. C. h. tit. num.* Diebus his elapsis licet testibus discedere à iudice, nullam licentiam habente, eos postquam abfuerint iterum retrahere, *d. l. si quando.* Ipse autem iudex si per eum steterit, quo minus testimonium præstetur, parti lætæ omnem jacturam pro hujusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire tenetur. *d. l. si quando. ibique Donell.*

IV. Fiat examen super interrogatoriis à parte contra quam testes proferuntur, datis. *Ruland. 2. de commissar. 1. cap. 2. in pr.* Hujus namq; officium est concipere & conficere interrogatoria, in quorum principio inseri solet protestatio de excipiendo tam contra personas, quam dicta testium *c. presentium 31. de testib. Speculat. de testib. §. 1. n. 41. Ayres. in proces. lib. 1. cap. 2. observ. 5. n. 14.* quæ tamen producenti communicanda non sunt *c. per tuas. de testib.* Super interrogatoriis nisi fiat examinatio non valet. *Farinac. quest. 73. num. 3. Mascard. de prob. lib. 2. conclus. 684. num. 3.* Describuntur interrogatoriæ quæstiones ex articulis producentis formatae circa causam, personam vel dictum, ad instructionem examinatoris in scriptis oblatae, quas adversarius fieri petit, super articulis exhibitis, & negotii vel personæ circumstantiis, à testibus contra se inductis. *Farinac. quest. 73. num. 26. 27. & seqq. Gail. 1. observat. 95. num. 1. 2. Umm. in proces. disputat. 16. lib. 10. num. 66.*

V. Sunt interrogatoria alia Præliminaria, alia Generalia, alia Specialia, *Ruland. 2. de commiss. 1. cap. 2. Umm. d. loc. Rosbach. in proc. civ. tit. 55. n. 2.* Præliminaria sunt totius causæ, quædam generalia *Ayres. in proc. lib. 1. cap. 7.* Illa circa personam fiunt variis modis, ut de nomine testis proprio, de conditione, de ætate, de divitiis, de statu, artificio, de domicilio. Item an producentis sit subditus, familiaris, cognatus. Fautor, amicus, an sit rogatus, instructus, subornatus, an quid illi testimonii causa promissum sit datum vè, an deniq; ex suo testimonio lucrum, damnum vè, favorem, gratiam, offensionem metuat aut speret. *Farinac. quest. 73. num. 3. & seqq.* Hæc ex ipso corpore & substantia articulorum sumuntur, *Gail. 1. observ. 95. num. 45.* De circumstantiis etiam de causa scientiæ, de loco, de tempore, visu, auditu, credulitate, Præsentia &c.

VI. In-

VI. Interrogatoriis extra articulum formati & aliunde desumptis, neq; ad causam neq; ad personam testium pertinentibus, testis non cogitur respondere Farinac: *quest.* 73. n. 48. neque ad ea, quibus crimen, vel infamia, aut rursus testis continetur. D. dac. Covarruv. *pract.* c. 18. num. 7. 8. neque ad captiosa & cavillatoria. Farinac. *d. quest.* num. 51. 52. Potest etiam Judex in quibusvis ex officio si vult interrogatoria corrigere, supplere addendo necessaria, & omitendo superflua. Gail. *observat.* 95. n. 1. 2.

VII. Super interrogatoriis testibus examinatis, idem super articulos faciendum, quorum exhibitioni directorium addi solet. Quod habet Ayre: *in process.* lib. 2. cap. 7. Et quidem super solis Articulis interrogandi deponentes, extra illos alias nihil probarent, c. de testibus 29. h. r. Mascard. *de probat.* lib. 3. conclus. 1365. n. 1. Speculat. *in tit. de testib.* §. 1. num. 62. Respondebit verbis claris c. cum causam 37. h. r. cum paria sint non respondere vel obscure respondere, l. de etate 11. §. nihil interest 7. ff. de Interrogat. Si duplicem intellectum habeat responsio, ille qui contra producentem facit eligendus & assumendus est. c. in praesentia 8. ext. de probation. Respondeat etiam directe, & ut ad articulum pertineat, congruat, & necessario concludat. c. in praesentia de probat. Umm. *disput.* 16. th. 11. n. 77. Farinac. *quest.* 68. n. 3. 4. Non per verba dubito, forte, forsan, si bene memini, meo iudicio, mihi videtur &c. Farinac. *d. loc.* n. 8. 9. 10. & seqq. Nam dicta testium generalia, aliena, incongrua, incerta nihil plane probant & effectu omni carent. Speculat. *de testib.* §. 2. n. 62. Rosbach. *tit.* 58. n. 15. Addat testimonii sui rationem, quando est interrogatus de ea, veram etiam causam non ex credulitate desumptam. c. cum causam 37. ext. h. r. Ruland. 2. de commiss. 2. cap. 19. num. 1. Speculat. *d. l. num.* 58. Non ex auditu alieno d. c. causam Marant. *in spec. de test. product.* num. 68. in pr. Farinac: *quest.* 69. n. 1. aliud si de proprio. Veluti si testis dicat: attestor quod audiverim N. producentem injuriosis verbis excipere, quo casu plene probat depositio. Farinac. *d. quest.* 69. n. 148. & generaliter notandum depositionis rationem & causam ex illo sensu desumendam, quo res probanda percipitur. Speculat. *tit. de testib.* §. 1. n. 53. vers. quoniam nomine.

VIII. Depositione absoluta, deposita testi praelegat examinatore. Ruland. 2. de commiss. 2. cap. 28. n. 1. ut de constantia testis appareat queat Umm. *Disput.* 16. th. 12. n. 85. tunc dimittat & sub poena Juramenti

menti præstiti silentium imponat, ne attestaciones suas antefactam publicationem propalet. Ruland. *d. l. c. 29. n. 1.* Specular. *d. tit. §. 4. n. 2.* Si testis quid prodiderit competenti pœna plectitur, Rosbach. *tit. §. 8. num. 23.* Quibus omnibus rite & attente expeditis, depositio sequenti clausula concluditur. Rosbach. *d. loc.* Darmit der Zeuge seine deposition vnd außsage vollender vnd ist ihm darauff ein gebührlisches stillschweigen/biß zu rechtlicher Publication außserleger worden.

## MEMBRUM. VI.

## DE PVBLICATIONE ATTESTATIONVM.

I. Absolutum examen publicatio attestacionum sequitur: secundum has non secundum conscientiam suam iudex iudicet sententiamque ferat. Dridac Cavarruv. *variar. resol. c. 1. n. 4.* Cujac. *12. observ. 19.* Hackelm. *illust. quest. Disp. 4. §. 4. per l. ill. citas 6. §. veritas rerum 1. ff. de offic. Præs. d.* Describimus breviter publicationem; quod sit apertura testimonii, litigantibus facta, ut intelligant quid super causa depositum sit. unum. *disput. 16. t. 13. n. 87.* Hæc de iusticia potius quam substantia processus est. Marant. *part. 4. dist. 9. n. 22.* Gail. *1. observ. 105. n. 1. 2.* Fiat à Iudice ordinario, non ab eo cui nuda examinis data est commissio, ad instantiam producentis Rosbach. *tit. 60. n. 2.* Umm. *disputat. 16. t. 13. n. 88.* ab alio, licet sua inter sit peti nequit. Rosbach. *d. loc. partibus ad hoc citatis,* Marant. *in specul. tit. de Process. public. n. 6.* Si citata una emanat, alteri comparenti & Petenti parti communicantur attestata *c. in nomine Domini. 2. x. h. t. n.*

II. Effectum publicatio habet, ut ulteriorem testium productionem non admittat, sed impediatur. *c. cum venisset 25. cap. per tuas 48. de testib. Novell. 90. c. 4. §. illud. 1. Modest. Pistor. in Process. l. 2. c. 20. n. 1. Specular. de test. §. 8. n. 2.* Super articulis iisdem vel directo contrariis; Aliud obtinet, super novis *c. fraternitatis. 17. b. t. n. clement. 2. de test. c. causam que 19. eod. Specular. dict. §. 8. n. 7. Farinac. quest. 75. n. 87.* Aliud si testis nulliter & non rite sunt examinati *d. clement. 2. de testib.* argumento desumpto ex contrario sensu. Si pars copiam attestacionum nondum haberit, aut testificata alias nondum didicerit, nam non publicatio sed scientia dictorum testium impediunt ulteriorem productionem, Farin. *di loc. n. 104. Gail. 1. observat. 105. n. 3. Mynsing. 6. observ. 59.* Aliud iterum, si publicatio facta sit in summario, non in plenario. Farinac. *d. quest. n.*

107. Aliud si Judex ex officio iterum & denuo interrogaverit, Bald. in l. fin. vers. modo ergo. C. de Appellation. Modest. Pistor. d. l. 2. c. 20. n. 5. Plures limitationes & fallacias enumerat Farinac. d. quasi. n. 103. & seqq. mult. qui jungatur.

MEMBRUM ULTIMUM  
DE HABILITATE ET INHABILITATE  
Testium.

I. Publicatis attestacionibus, parte utraque presente, aut contumaciter absente, de habilitate & inhabilitate, exoritur Disputatio testium.

II. Habilitas testis, est qua persona & dictum seu testimonium testis censetur esse idoneum ad probationem faciendam. Qui habiles sint, docet omnino una regula à DD. communiter approbata in l. 1. §. adhiberi t. h. t. ibiq; Gothofr. Omnes adhiberi posse testes illos, quibus non interdicitur testimonium. Welenbec. parat. h. t. n. 3. Bicc. in Aur. sect. 5. n. 136. & vocantur antiquo verbo Assidui, Gell. lib. 16. c. 10. & Classei Wel. d. loc. n. 2. Dicimus nunc integros idoneos l. optimam 14. l. de contrahenda & comm. Stipulat. & omni exceptione majores cumque hic titulus prohibitorius sit. Mej. c. A. h. t. sh. 6. Sicut edictum de Procuratoribus, de habilitate nihil amplius.

III. Inhabilitas quid sit, ex descriptione habilitatis jam manifestum est. Prolixioris tamen erit disquisitionis qui testes esse nequeant. Dicit l. tertium 3. h. t. quosdam propter reverentiam personarum, quosdam propter lubricum consilii sui, alios vero propter notam & infamiam vitæ admittendos non esse ad testimonii fidem. Quod autem quidam arcentur in totum, quidam non in totum sed in certis tantum causis Hillig. D. E. 25. comm. 9. ut eo distinctius tractentur hæc, certas constituemus classes. In (1.) Locamus eos qui in totum prohibentur. (2.) Continet qui contra certas personas testimonium dicere nequeunt. (3.) Qui pro certis personis deponere prohibentur. (4.) Qui invitati ad deponendum contra personas certas non coguntur Et (5.) Denique qui in certis & specialibus non admittuntur casibus.

CLASSIS I.

DE HIS QUI PLANE TESTES ESSE PROHIBENTUR.

I. Servi prohibentur in totum ex statu. Pro mortuis habentur,

eur, nec ad ullam hominum liberorum actionem Jure civili admittuntur, nec ejusdem juris communionem habent, *l. quod attinet. 32. de R. I. l. qui testamento 20. §. Servus. 7. ff. qui testam. fac. poss. Donell. 25. comm. 1. de testib.* Sive pro Domino sive adversus Dominum dicere velint, *l. servos 8. C. h. t.* non illo casu admittuntur, quod sunt Domestici & quod potest eis imperari *l. idonei 6. ff. h. t.* In tantum ut nec pro his quorum antea fuerunt interrogari possint, *l. servos 14. C. de quest.* nec in caput emptoris etiam si redhibitus sit *l. 11. eod.* Non hoc: quia non oportet salutem dominorum servorum arbitrio committi Paul. in *l. unius 18. §. servo 5. ff. de quest.* differit hac dere graviter Cicer. *Pro Dejotar. Rege,* ubi simul laudat factum Cn: Domitii in causa M. Scauri civitatis Principis.

II. Neque distinctio aliqua facienda inter pecuniariam causam & criminalem *l. questionem 1. C. de quest.* exceptis adultarii criminibus, fraudati census accusationibus & crimine Majestatis *d. l. 1.* si vero rei veritas aliter haberi nequeat, aliter dicendum *l. servi 7. h. t. Farinac. de testib. quest. 55. n. 172. Speculat. tit. de test. §. 1. n. 39.* ubi tamen sine tormentis fides nulla *l. ob carmen 21. §. 2. h. t. l. edictum 18. C. de quest.* In pecuniariis causis exceptio nulla, ubi contra dominum nec inopia quidem probationis servus testis esse potest *l. 1. l. 13. C. de quest.* Rectè quoque in *d. l. 1.* vulgaris lectio, nec approbanda Holoandri qui legit *ex inopia,* quare habet Hillig. *D. E. 25. comm. 9. lit. B.* Interim de facto suo in quacunque causa rectè interrogatur *l. servos 8. C. h. t.* Sed mediantibus hoc tormentis *l. ob carmen famosum §. si ea. ff. eod. Speculat. d. l. n. 39. Mascard. de Probat. concl. 1358. n. 19. Farin. d. l. n. 173.*

III. Idem dicendum de statu liberis: quia servi sunt, *l. statuliberum, 9. l. statu libera 16. de statu lib. l. edictum 8. §. 1. ff. de quest. l. ult. §. 1. ff. de manum vindicta,* objicitur *l. statuliber 14. de quest. l. moris est, 9. §. ult. de pœn. l. cum quis, 38. §. qui hominem, 3. de liberat. & solution.* Responsiones ubi vis ferè sunt obviæ, videatur Treutl. *vol. 1. disp. 2. sh. 2. lit. c. Cuj. 1. obs. 37. Ungep. exerc. 2. q. 12.* Non idem affirmandum de adscriptitiis, quia ratio militans in illis cessat, in his *Nov. 123. c. 17. juncta l. jubemus, 37. §. 1. C. de Episc. & Cler. Specul. tit. de test. §. 1. n. 40. Accurs. ad auth. si testis C. h. t.*

IV. Opponitur contra testem quod est Monachus & Canonicus regularis: quod non potest esse testis sine ejus cui subest, licentia arg. *16. q. 1. c. Monachi arg. l. idonei 6. h. t. Specul. d. loc. num. 36.*

nam

nam servis comparantur, 13. q. 2. c. *quoniam*, nec secularibus sese debent immiscere negotiis, tot. tit. x. ne Cleric. vel Monach. secul. negot. se immisc. & pro mortuis habentur 16. q. 1. c. *placuit*. ibi: Sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus: sedeat itaq; solitarius & taceat: quia mundo mortuus est. Licet, ut dicit Specul. d. loc. quandoq; impregnent, cap. sicut 20. de homicid. etiam proprias commatres 18. q. 3. c. *peruenit*. In causis saltem Ecclesiæ suæ testimonium ferunt, c. *tuis questionibus*, 39. x. h. t. Farin. q. 61.

V. Prohibentur in totum impuberes, l. *testium* 3. §. l. *Julia* §. l. *inviti* 19. §. l. *h. t.* quod ætas illa ad mentiendum est facilis, l. *ex lib.* 15. ff. de *quæst.* §. 1. & ob consilii lubricum, Hillig. D. E. 25. com. 9. Pubertatem, quamvis viginti annis minorem, in civilibus admittimus, cum nullibi prohibeatur, arg. l. 1. §. l. *h. t.* In criminalibus major sit viginti annis, l. *in testimonium*, 20. ff. *cod.* De iis vero, quæ imbues proximus tamen pubertati vidit, pubes factus, rectè testimonium perhibet, Schneid. ad §. *testes*. 6. *Inst. de testam. ordin.* Barr. ad d. l. 3. §. l. *Julia*. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. a. quod probationum facultas amplianda, l. *quoniam* 21. C. de *heret. & Monach.* Rectè tamè monet, Bachov. ad Tr. d. loc. Judices esse æstimare, hujus testimonio quanta fides attribuenda. Illud addendum in Majestatis crimine exceptionem esse, l. *dominore*, 10. §. 1. ff. de *quæst.*

VI. Prohibetur furiosus: quia iudicio & intellectu caret, quicquid dicit ac facit prorsus ignorat, §. *furiosus* 8. *Institut. de inutil. stipul.* §. *preterea* 1. *Instit. quib. non est permitt. test.* l. *furiosum*. C. *cod.* Equiparatur absentibus & mortuis, l. *sci.* 2. §. *furiosus* 3. de *jur.* *Cod. l. ubi non* 124. §. 1. de *R. 7.* l. 1. §. *furiosus*. de *acquir. vel amitt. poss.* Idem statuendum de mente captis indiscretis, Specul. d. §. 1. n. 88. Phreneticis, Lunaticis & aliis tam lugendi & miserandi status personis, Farin. q. 61. n. 4. Pertinet hic etiam prodigus, Umm. ad *process. jud. disp.* 16. th. 1. lit. 6. Althuf. *diceolog. lib. 3. cap. 33. n. 14.* rationes reddit Farin. *quæst.* 56. n. 457. Intelligendum hoc de prodigo, cui bonis interdictum, non de alio, sic quavis notoriè & Ethicæ prodigus LL. nostræ decretum exigunt. l. 15. *cui*, 6. ff. de *V. O.* quod communiter receptum tradit, Valq. *contr. illust. lib. 1. cap. 17.* Gail. 2. *obs.* 51. n. 2.

VII. Muti, surdi, cæci, Wesenb. in *par. h. t. n. 3.* Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. a. Sed distinctè procedendum: Aut enim quis mutus

D

&amp; surdus



& surdus simul est, & tunc vel naturâ, & non admittendus, vel ex accedenti, & de eo quod ante illum casum vidit, si literas noverit per eas rectè deponet, Farinac. *quest. 61. n. 48. Diss. Umm. d. loc. n. 7.* quod testimonii Juramentum præstare nequeat. Sed juramentum verba non requirere necessario statuunt, Didac. Covarr. *in rubr. de pat. Pa. normitan. in rubr. de jurejur.* Fundamentum est quod Deo præstatur, qui novit hominum mentes & corda licet non loquantur, 4. 9. 5. *c. si quid invenisti c. erubescant, 41. distinct. 32.* Aut tantum murus est, & si quidem literas noverit, præcedentis casus decisio hic applicanda. Aut tantum surdus est, & hunc capacem testimonii Dd. comm. dicunt, Farinac. *d. quest. n. 45. Umm. dict. loc.* Neq; cæcus absolute à testimonio arceatur nam de iis, quæ ante privationem visus vidit, omnino rectè testimonium prohibet, Farin. *d. quest. n. 24.*

VIII. De infamibus Juris regulam proponit Farin. *q. 56. n. 26.* Quod ad testimonium ferendum non admittantur, neq; in civilibus neque in criminalibus, quam firmat rationibus & autoritate 27. Dd. si rectè numeravimus. Aliter sentiunt Donell. 25. *comm. 1. de testib.* ibiq; Hillig. Treutl. *vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. B.* ibiq; Bachov. Quod ex genere infamium certi quidem prohibentur, *l. 3. §. pen. h. t.* ergo non omnes, arg. *l. ex eo. 18. eod.* Atque si omnes infames lex ex æquo à testimonio removeare voluit, supervacuum fuit enumerare quosdam, cum paucis verbis lex contenta esse possit, ut diceret. Infamis testimonium ne dicito. Sed quid est, quod generaliter Calistratus in persona testis explorandum esse ait? Sit ne testis honestæ & inculpatae vitæ, an vero notatus & reprehensibilis, *l. 3. pr. h. t.* Id hanc habet sententiam, ut si quis notatus sit propterea non removeatur quidem, sed non eandem testimonio autoritatem afferat, ut integer & inculpatae vitæ homo, Don. *d. loc.*

IX. Hinc arceantur ex infamibus nominatim publico iudicio damnati, nec restituti, *l. 3. §. 5. h. t.* Publici iudicii rei *l. 20. eod.* Inde proponit cautelam, Barthol. Cœpoll. *in tract. caut. caut. 4.* his verbis. Si vis alii impedire, quodcumque testis non deponat contra te, facias accusare ipsum de aliquo crimine publico, quia tunc amplius testari contra te nequit, *d. l. 20.* Vide tamen de hac, Moller. 3. *femestr. 9. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. c.* Qui ad bestias, ut depugnaret se locavit, *d. l. 3. §. 5.* Quæ palam quæstum faciet fecitve, *d. l.* quod ad eos exten-

extendendum, qui Lenocinium exercent, arg. l. 4. §. 3. de his, qui no-  
tant infam. Qui ad testimonium dicendum, vel non dicendum pe-  
cuniam accepisse convictus est, d. 9. §. 1. 17. C. h. t. Ob turpitudinem  
senatu motus, l. 2. ff. de senator. Damnatus ob carmen famosum, l. 21.  
h. t. l. 5. §. 9. de injur. & fam. libell. In publico judicio calumniæ da-  
mnatus, l. 1. quaestum, 13. h. t. Qui in vinculis custodiae publica sunt,  
d. l. 3. §. 5. Hæretici & Judæi, l. 21. C. de hæret. & manich. & alii nonnul-  
li, qui reperiuntur collecti à Dd. vid. Umm. d. loc. num. 9. Don. d. loc.  
ibiq; Hillig. Bicc. in reb. quotidian. sect. 5. n. 128. Infames infamia facti  
in criminalibus repellunt Dd. à testimonio, in civilibus admittunt,  
Covarruv. præf. quaest. 18. num. 1. Farinac. quaest. 56. n. 100. & 115. Diss.  
Trentler qui indistinctè eos admittit vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. B.

X. Bannitus & excommunicatus excommunicatione ma-  
jori, c. excommunicamus, §. credentes extra de hæret. C. decernimus, de  
sentent. excommun. in sext. Secus in excommunicato excommuni-  
catione minori, nam hoc quamvis separet, à sacramentorum com-  
munionem, c. si celebrat. de cleric. excomm. non tamen à communione  
fidelium, quod facit illa, c. sicut. 11. quaest. 3. Farinac. quaest. 56. n. 263. &  
501. ubi de Bannito. Prohibent etiam usurarios tam in civili, quam  
criminali judicio, Farinac. d. quaest. n. 352. Covarruv. var. resolut. cap. 3.  
n. 2. ubi ipso jure infames ostendit. Nos probamus Umm. distinctio-  
nem d. disp. th. 1. num. ult. inter civile & Canon. Jus.

## CLASSIS II.

### DE HIS, QUI CONTRA CERTAS PERSONAS

*Testimonium dicere nequeunt.*

I. Testis esse nequit Hæreticus & Judæus contra Christia-  
num, sive utraq; pars orthodoxa sit sive altera, l. quoniam 21. C. de hæ-  
retic. & manich. c. non potest. c. pagani 2. q. 7. c. 1. de testib. Trentl. vol. 2.  
disp. 5. th. 8. lit. c. Matth. Coler. dec. German. part. 1. decad. 127. num. 1.  
Spechan. cent. 2. class. 1. q. 16. n. 20. Dicit Bachov. ad Tr. d. loc. Se non vi-  
dere hoc jure civili nostro probari, quod propter d. l. 21. non capio,  
Limitatur si probationes aliæ omnes deficiant, ut veritas aliter ha-  
beri nequeat. (2) Si Judæos pro Christiano contra Judæum produ-  
catur (3) si consentiat in productionem testis Judæi Christianus, Ru-  
land. de Commiss. part. 2. lib. 2. c. 4. n. 9. & 10. plures fallentias numerat,  
Farinac.

Farinac. *quest.* 56. n. 216. & seq. Inter ipsos Judæos & hæreticos si s. sit, pro Judæo contra Judæum Judæus testis non prohibetur. c. si hæret. om. 2. *quest.* 7. Admittunt etiam Dd. Judæos testes in ultimis voluntatibus, contractibus Christianorum. Gilhauf. in *arbor. judic. civ. cap. 6. part. 2. art. 1. de testib. Viv. comm. opin. lib. 1. opin. 385.*

II. Inimicus contra Inimicum l. testium 3. pr. h. t. l. si quis. 17. C. eod. Nov. 90. c. 7. l. comparationes 20. C. de fid. instrum. Vindictæ namq; cupiditas ad nocendum adversario quavis ratione, adversarium rejicit, Sufficit ad repellendum testem tanquam inimicum, si Judicio criminali publico privatoq; vitam nostram aut existimationem petierit, aut status moverit controversiam. *auth. si testis, C. h. t.* Status namq; & existimatio bonis viris antiquiores sunt ipsa vita, l. isti §. quod si 2. ff. de eo quod dicitur caus. Hinc capitalis causa latine loquentibus omnis causa existimationis dicta. l. licet. 103. de v. f. Donell. ad h. t. n. Si aliter odiosus sit, aut in causa pecuniaria infestus testatio procedit, ita tamen ut vix valeat, sed exceptio contra eandem detur. Nov. 90. c. 2. Umm. disp. 16. sb. 2. n. 13. Hillig. D. E. 25. comm. 12. ubi in veram dict. Nov. lectionem inquirat.

III. Ampliatur hoc in muliere inimica, l. unis. C. de his qui se differ: ibi inimicus mulieris & neminem dissentientem scribit se vidisse Farinac. *quest.* 53. n. 4. (2.) In criminibus exceptis ut hæresis, Majestatis, Simonix. c. per suas 32. de Simon. (3.) In occultis delictis & factis quamvis veritas aliter haberi nequeat. (4.) Nec Princeps facere potest, ut inimici credatur testimonio. (5.) Nec inhabilitas hæc validatur per torturam. (6.) Nec fides habetur inimico testi constituto in mortis articulo, etiamsi Sacram Eucharistiam sumperit, vid. Farinac. *quest.* 52. n. 3. & seq. Non aliena sunt ab his Ciceronis verba, pro Fontejo *Ecquem* hominem inquit vidimus, *ecquem* veto commemorare possumus parem consilio, gravitate, constantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis M. Amilio Scauro? Tamen hujus, cujus injurati nutu propè terrarum orbis regebatur, jurati testimonio, neq; in C. Fimbriam, neq; in C. Memnium creditum est. Noluerunt ii, qui judicabant, hanc patere inimicitis viam, quem quisque odisset ut illum testimonio posset tollere. Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta Autoritas, quis ignorat? tamen is cujus etiam sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso, que in M. Marcellum inimico animo dixit probare non poterit.

V. Eum

V. Eum etiam qui contra nos in criminali iudicio, testimonium dixit, rejiciunt Duar: 1. *disp. 29. Reub. de test. pag. 66. Per l. produc. 23. h. t.* Sed Florentina lectio reprobatur. Vera Budæi emendatio. Produci testis non potest in rem, qui ante in eum testimonium dixit: videtur de Goth. ad d. l. hanc lectionem assumunt. Hillig. D. E. 25. *comm. 12. Donnell. auth. s. testis. C. h. t. Treutl. vol. 2. Disp. 5. th. 8. in fine.* Quæ enim causa est, cur is, qui ante sine ulla suspitione, testimonium dixit, nunc cum nulla nova res intervenierit, rejiciatur? Aut ob id inimicum dicemus, qui nolens, invitus & juramento adactus, testimonium proferat. Quando tamen quis producitur adversus eum, qui in alia causa, contra præsentem testem dixit testimonium, merito rejicitur. De hoc iusta suspicio subesse potest: & injuriam illam, qua se affectum putat, ulcisci velle credendus est, l. 1. §. cum quis 26. ff. de question. non obli. c. meminimus. de Accusat. cum ex d. l. 23. defunum sit.

V. Si tamen reus consulto offenderit testem, ob id ipsum ut inimicum faceret, captio hæc actori nocere non debet: ne sit in potestate rei, hoc pacto testis auctoritatem & testimonium elidere, arg. l. 1. §. cum quis 26. de quest. Farinac. *quest. 63. n. 47.* Quare non multum juvabit cautela Barthol. Cæpol. in tract. Cautel. *caus. 4. num. 1.* Si aliquis, inquit, non habet nisi unum testem contra te, secundum aliquos potes adhibere vel fieri facere hanc malitiam: videlicet quod tu des ei unam alapam, cum ille testis producitur contra te: postea oppones, quod est tuus inimicus. Neq; etiam inimicitia interveniens facto rei, repellit testem omnino c. *variens. de testib.* Hoc subjicit d. l. ipse Cæpoll.

VI. Testis non est libertus tam contra patronum ipsum l. l. *l. l. l. l. 4. l. 3. §. 5. h. t. l. libertorum 12. C. eod. Treutl. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. F.* quam ejus liberos l. *licet 58. §. 1. de V. S. Just. Meier. in C. A. lib. 22. tit. 5. th. 8. Wesenbec. in parat. hic. num. 3.* & etiam heredem patroni, quamvis extraneum, l. *ult. C. de acquir. hered. Bicc. in reb. quotidian. Sect. 5. n. 108. Umm. d. l. n. 12.*

VII. Vassallus contra Dominum. Wesenbec. in par. *hic. nu. 3.* Treutl. *d. loc. ibiq; Bacchov. Specular. de testib. §. 1. n. 19.* tam in criminalibus, quam civilibus modicis causis, nisi feudo privati malit. 2. *FF. 33. c. un. §. similiter.* Udal. *Zaf. in Epitom. Feud. part. 10. n. 40.* Sonsbec. de Feud. *p. 12. n. 47.* Hagem. in *Synops. feud. c. 8. n. 24.* item si infamia fortè Domino meruenda sit. *Vult. de feud. cap. 11. n. 43.* Executatur si à Magistratu ad testi-



monium dicendum coactus fuit, gloss. in d. s. similiter. Botch. de feud. 8. num. 128.

VIII. Subditum tam pro quam contra Magistratum admittant. Umm. d. disput. 5 th. 2. n. 12. Wefenb. in Parat. num. 3. h. t. & quamvis l. idonei 6. h. t. dicat non esse idoneos testes quibus imperari potest, ut testes fiant, tamen intelligendum de iis, quibus potest imperari, vel ratione patriæ, vel ratione dominicæ potestatis, non autem ratione universalis jurisdictionis, quam Magistratus habet in subditos suos. Farinac. quest. 55. num. 203. Relaxationem iuramenti subiectionis seu obedientiæ rectè requirit Wefenbec d. l. & Dd. comm. quod communior praxis itidem observat. Dissent. Donell. & Umm. d. loc. Omni interim exceptione maiores non facimus, quod nunquam subditus evitat amoris vel timoris suspicionem ut ait Alber. de Malet. de test. part. 2. n. 47.

IX. Uxor contra maritum, maritus contra uxorem Dd. commun. Clericus contra Laicum in causa criminali c. testimonium. 11. quest. 2. Idem videtur statuendum de cunctis secularibus cautis per. d. text. Farinac. quest. 61. n. 62. Laicus contra Clericum in criminalibus c. de catero 14. de testib. quamvis Clericus sit primæ tonsuræ Felin. in d. c. in pr. vers. procedit etiam. Ratio sumitur prima, ex reverentia quam Laicus debet Clerico, quod DE I fungitur legatione c. accusatio in fin. 2. quest. 7. Secundà est generalis inimicitia quæ intercedit inter hunc & illum. c. Laicos. c. Laici. 2. quest. 7. Farinac. quest. 61. n. 100. Tertia, ut æqualitas in hoc casu servetur.

X. Advocatus contra Clientem l. fin. h. t. c. si testes omnes. 4. quest. 3. finita etiam advocacione & patrocinio d. l. fin. ibi: Patrocinium præstiterit c. Romana Ecclesia ult. de testib. in sexto videatur Marth. Berlich. pract. conclus. part. 1. conclus. 41. n. 16. & part. 1. decis. 101. per tot. Tutor & curator contra pupillum & minorem Reub. de test. b. pag. 91. Umm. d. th. n. 17. quia vice dominorum sunt l. 7. §. 7. pro emtor. l. 56. §. 4. de furt. & sic nimis grave esset destitutam actoris probationem in reum derivare vel l. l. nimis grave. C. de testib.

### CLASSIS III.

#### DE IIS QUI PRO QVIBVSDAM DEPONERE PROHIBENTVR.

I. Domestici pro Patrefamilias non deponunt eorumq; passim improbatum est testimonium, l. etiam 3. C. h. t. l. 6. l. 7. l. 9. de question. Cum

Cum enim ira Patris familias his metuenda sit, verendumq; ne frater  
versus eum testificentur, domo ejiciantur, maleve tractentur, quare  
pro eo quodvis dicturi sunt, ut pristinum gratiæ gradum sibi servant  
incolumem. Donell. *ad h. t. c. 3.* sunt Domestici qui ex eadem domo  
sunt, *l. testes eos 24. h. t.* & qui subsunt potestati & imperio ejus qui do-  
mini præest, *l. adiles. §. 2. ff. de adilit. edict.* idem dicitur de iis qui simul ha-  
bitant in eadem domo quamvis imperari illis nequeat, vel dominica  
potestate vel patria. Farinac. *quest. 54. n. 7.* Specul. *de testib. §. 1. n. 14.* Ros-  
bach. *in process. civil. tit. 61. n. 3.*

II. Sic erunt Domestici maritus & uxor *l. 1. §. 15. ad Senat. Syliani-  
an. l. 10. C. de re militar.* & testimonium pro se ferre non poterunt, *et si testis  
§. idonei 4. quest. 3. l. 1. C. de testib.* rationes reddit Farinac. *quest. 54. n. 211.*  
(2.) Sponsa in domo sponsi habitans *l. quasirum 9. de Sponsal.* (3.) concu-  
bina *l. 49. §. 4. ff. delegat. 3. l. 144. d. V. S.* (4.) Amasius & Amasia Farinac.  
*d. loc. n. 117.* quæ tamen domestici non sunt semper nisi forte sub eodem  
recto reperiantur. (5.) Parentes & liberi *l. 31. §. 15. de adilit. edict. l. 6. l. 9. h.  
t. l. 5. l. 6. C. eod. an legitimi an naturales an spurii non distinguitur. Far.  
d. loc. n. 157.* Parentum testimonium in ætate liberorum probanda lo-  
cum inveniet saltem *l. 16. de probat. Don. ad l. 5. C. h. t. Umm. d. l. n. 18.* Filius  
etiam in paterno testamento rectè testis est, modo sit emancipatus *§.  
in testibus 9. l. de testam. ordin. ibique Bach. n. 1.* Tanto minus dubitandum  
est quod possit esse testis in testamento matris Bachov. *d. l.* Quid de ex-  
heredato? Negabimus, cum in potestate sit, quamvis si exheredem sua  
manu scribere possit. *l. non putavis. §. 6. de bon poss. contr. sabb.* An in ado-  
ptionem dati: distinguendum propter novum Jus. (6.) Fratres in cau-  
tis criminalibus, si civile Judicium fuerit admittuntur; Farinac. *quest.  
54. n. 86.* modica tamen sit causa civilis Myns. *respons. 1. n. 12.* In illis non  
nisi de fratris innocentia probanda ageretur, aut frater esset summæ  
bonitatis & vitæ exemplaris Farinac. *d. quest. n. 117.* Quando quoque  
frater testificaretur inter alios duos fratres, testis idoneus erit in cri-  
minalibus & civilibus, quod paritas consanguinitatis tollit suspicio-  
nem. *l. non solum §. 1. de rit. nupt. l. extraneo §. 1. l. in hoc C. de question. Rosb.  
tit. 61. n. 4.* Speculat. *in rit. de test. n. 9.* Don. *ad l. 2. C. h. t.* (7.) Servi *l. 6. §. 5. C.  
de hi qui ad Eccl. l. 6. C. de question. Libertil. 25. §. 2. de adilit. edict.* Liberi  
homines qui bona fide serviunt *d. l. 25.* Mercenarii apud nos degentes  
*l. 11. §. 1. de Pen. l. 24. h. t.* Bachov. *ad Treut. vol. 2. disp. 5. th. 8. lit. f.* Statu li-  
beri

beri & Coloni qui servi sunt l. 1. C. de colon. Thrac. l. 37. pr. C. de Episc. & Cleric. Condicio in his consideratur qualis est tempore depositionis, inde si Domesticus aliquis fuit, nunc non est, testis erit, per manifestam rationem, Rosbach. Donell. Farin. d. loc. Nisi hoc sine dimissi sunt ut eorum testimonio uti queat dimitteus, Farinac. quest. 55. n. 150.

III. Amicus pro Amico c. quoties de testib. c. ceterum c. cum inter de testib. cogend. Spec. de test. §. 1. exemplum in patre & filio emancipato l. 9. ff. l. 6. C. h. t. An quaelibet amicitia ad testem rejiciendum sufficiat: quaritur? Levis amicitia, ac tantummodo familiaritas quaedam non sufficit, Don. de test. c. 4. nam homines cuncti se invicem amare debent, cum inter eos cognitionem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse, l. 3. de 1. & l. si intima sit amicitia quae ex convivio quotidiano & mutuis atque assiduis officiis deprehenditur, qualis inter Theseum & Perithoum, Pyladen & Oresten, Damonem & Pithiam fuisse scribitur, hanc, non dubitandum testimonio derogare fidem, Althus. in diaalog. l. 3. c. 34. n. 12. Specul. de testib. §. 1. Mejer. in C. 4. l. 22. tit. 5. n. 8. Hillig. D. E. 25. comm. 12. Bachov. ad Treut. vol. 2. d. l. l. ult. Judicio, interim de amicitia vulgari & singulari deque testis fide, plane iudicis committit per l. 3. pr. h. s. Don. d. loc.

IV. Socius pro socio Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1312. sive omnium bonorum sit, sive Particularis Farinac. quest. 60. n. 388. Nisi ubi causa defensionis est separata, vel de parte unius saltem socii ageretur, atque socius nullum commodum vel incommodum ex sua depositione sentiret, vel ageretur de re non communi. Farinac. d. quest. n. 391. & seqq. Quid de criminis consorte dicendum? & metu quoque incomodi proprii arcetur l. 11. C. h. t. Interim de socio in genere certa non nominata persona interrogari potest, Mascard. de probat. conclus. 1311. & omnino Farinac. de indic. & tortur. no. r. quest. 43. per tot. cum ampliat & limitat. Et jubentur latrones alii rei interrogari de participibus l. 6. de cust. reor. l. 1. C. de fass. monet. l. ult. C. de malefic. & Mathemat. Sed non hoc, ut fides sit testimonio, vel ut à criminis consortibus nominari pro reis statim habeantur, verum ut innotescant, aut ut ait d. l. ult. publicentur ad hoc ut postea in eos inquiratur, uti illi testimonio fides non est, nisi idoneis testibus signisque indubitantibus id confirmantibus, l. ult. C. de probat.

V. Procurator pro clientulo suo. Wefenbec. in parat. h. t. nu. 3.

Specu-

Speculat. in tit. de Test. §. 1. n. 74. Menoch. de arbit. quest. lib. 1. quest. 73. n. 1. in causa in qua egit Procuratorem: neque in secunda instantia causæ ejusdem, neque post revocationem mandati, Mascard. de probat. l. 3. conclus. 1357. n. 4. Speculat. d. loc. propter affectionem quam habere præsumitur. Farinac. quest. 60. n. 201. Nec patroni in causa ea, in qua Patrocinium præstiterunt l. ult. hic. Cujus æstimatio vertitur & interest eius, ut cliens in eadem de novo vincat, Hillig. D. E. 25. comm. 10. lit. F.

VI. Administrata & negotiorum gesta pro principali, etiam finito officio, existente præsumptione damni vel lucri alicujus, aut laudis aut vituperii, Masc. de Probat. conclus. 1357. & 1232. n. 29. 30. De Proxenetis vulgo Mäckerer & mediatoribus vid. Farinac. quest. 60. n. 406. Hillig. D. E. 25. comm. 2. lit. H. Mejer. in C. A. h. t. n. 50. 211. 30.

VII. Tutor vel curator pro Pupillo vel adulto, etiam finito officio, quia vice domini sunt l. 7. §. 3. pro empt. l. 11. §. 7. quod vi aut clam, & sic ipsorum causa videretur, naturaliterque bene affecti sunt erga eos, & sic ipsorum causa videretur, naturaliterque bene affecti sunt erga eos, quorum res administrant, in iis maxime rebus quorum nomine etiam possunt teneri Mejer. col. A. d. loc. t. 7. Sic finito licet officio extat tamen damni vel lucri alicujus præsumptio Umm. d. l. 16. t. 3. n. 19.

VIII. Cedens pro cessionario, tum propter affectum l. 5. C. h. t. tum quia res ad cedentem adhuc pertinet, & is cui actio cessa est, tanquam procurator in rem suam agat nomine Procuratorio seu cedentis l. 9. l. 34. C. de Procurat. sive de evictione teneatur sive non, Menoch. Arbit. quest. 2. 6. 473. Mascard. d. con. l. 1357. n. 18. Farinac. questione 335. & seq. Diff. Speculat. de Procurat. §. fin. n. 14. ubi simul tradit cautelam, his verbis, Quod si non potes probare intentionem tuam, nisi per unum testem, cedes actiones tuas alteri tuo Amico non potentiori, & ille agens poterit te & illum alium in testem producere.

IX. Venditor pro emptore Teneatur ipse re evicta & sic propter interesse repellitur, Umm. d. l. n. 21. Secus si de evictione fortè non teneretur, quod tunc cessat interesse & ratio. Specul. de Test. §. 1. num. 78. Donans pro donatario, ne gratiam perdat & avaritia tum propter amorem erga negotium suum, quod quisque actum à se gestum cupit valere Mejer. C. A. d. loc. t. 11. An ne tum quando de evictione non teneretur quod regulare est per Jura vulgaria? l. 2. de evictione. Such. diff. 6. aphor. 39. Dicit Farinac quest. 60. n. 336. Quamvis hoc casu admittatur donans, non tamen sit integre fidei & exceptione major: Quanta vero fides sit tribuen-

E

tribuen-



tribuenda huic Judicis committit arbitrio, Menoch. *arb. quest. lib. 2. cap. 473. num. 5.*

X. Affinis & consanguineus pro affine & consanguineo, *c. similiter 3. q. 5. c. absens. 3. quest. 9. arg. l. 3. pr. h. t. ibi, vel Amicus ei sit.* Dissent. Dd. quidam qui admittunt, ut videre est apud Farin. *quest. 54. num. 1. conciliat.* Lanfr. & Farin. distinctionem facientes inter criminales & civiles causas, ad illas referunt. Dd. Ce. Ratio quod affinis affinem maculet de decus, & ergo causa propria hoc calu videatur causa affinis. Probat dist. hanc Umm. *d. loc. num. 27.* & nos etiam quod commun. sit approbata teste Farin. *d. quest. n. 4.*

#### CLASSIS IV.

#### DE IIS, QUI INVITI TESTIMONIUM

*dicere non coguntur.*

I. Consanguineus & affinis in civilibus rectè testimonium dicit volens, contra consanguineum & affinem Gomez. *variar. resol. tom. 3. cap. 12. num. 14.* Si enim planè prohiberentur, non opus esset excusatione, cum ne volentes tum quidem admittuntur, arg. *§. item major. l. de excusat. tutor. ut parentes & liberi in infinitum, l. 5. C. h. t.* Non etiam in criminalibus, *c. 18. absens. 3. quest. 9. c. similiter 3. quest. 5. Farin. quest. 54. num. 5.* Inviti tamen ut dicant cogi nequeunt, lege namq; Julia cavetur, ne invito denunciatur, testimonium ut dicat adversus socerum, generum, vitricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrino natum, eosq; qui priore gradu sunt, *l. lege Julia. 4. h. t. quæ canonizata, in c. si testes 4. quest. 3. generi appellatione etiã Sponsum filix contineri placuit, l. in legibus 5. h. t.* Et procedit non tantum in iis quæ liberorum parentumq; loco sunt, sed etiam fratribus & soribus, arg. *d. l. 4.* Quousq; procedat, variant Dd. ut videre est apud Farinac. *d. quest. n. 51. Et seqq.* Nos cum *gl. in l. pen. C. ad SC. turp. & Wesenb. in par. hic n. 3.* ad sextum septimumq; gradum esse dicimus, distant tantum Sobrini invicem eorumq; liberi, *§. Sexto 6. l. de gradib. cogn. l. 3. l. ult. ff. de gradib. & affinit.*

II. Procedit saltem in affinitibus ex legitima affinitate, secus in affinitibus ex illicita conjunctione, & quæ non ex legitimo matrimonio descendit, Umm. *d. loc. num. 37.* Quamvis enim de Jur. Can. etiam per illicitum coitum contrahatur affinitas, *c. de illo. c. discretione. De eo qui cognov. consang. ux. vel spons. c. si homo 35. q. 3. c. ego dixi. cum*

*tribus*

35  
tribus capitulis sequentibus, Schneid. *Instit. de nupt. de arbor. affinit. n.*  
4. & 11. Propria tantum affinitas illa est, quæ contrahitur ex iustis  
nuptiis seu matrimonio legitimo, *l. non facile. 4. §. affinis. ff. de gradib.*  
Quare alteri affines etiam inviti coguntur dicere testimonium, cum  
de Jure Civ. propter testimonium hæc arbor sit inventa, sicut docet  
Schneid. *d. loc. ad 7. num. 5.* Allegata capitula non contrariantur, quod  
procedant quo ad impediendum matrimonium, ut solent respode-  
re Dd. & propter id affinitas etiam contrahitur per fornicationem  
& aliam conjunctionem minus licitam, Schneid. *dict. loc.*

III. Invitus deponere non cogitur frater contra fratrem,  
*l. 4. h. t. l. 1. §. nec fratrem. 10. ff. de quest. gl. in d. l. 4. vers. item nota.* Inte-  
rim si sponte & ultro se offerat examinationi, suspectus redditur per  
generalia jura de teste se ultro offerente, Farinac. *quest. 54. num. 107.*  
Saltem cogitur frater contra fratrem testificari, si veritas aliter habe-  
ri nequeat; si utraque pars litigantium consentiret ut frater produ-  
ceretur in testem. Si crimina sint excepta, ut Majestatis, Hæresis, Si-  
monia, Farinac. *d. quest. n. 107. 108. III.*

IV. Non deponunt inviti senes, *l. inviti. 8. ff. h. r. majores 70.*  
*annis. l. unic. C. qui arat. se excus. l. 3. de jur. immunit.* Wesenb. *hic par.*  
*num. 3. Specul. in tit. de test. §. de testium compulsionem 13.* Cæterum vo-  
lunt multi, seni hoc privilegium tantum datum, quod non possit co-  
gi venire ad locum judicii, sed quod ad eum examinandum judex te-  
neatur mittere Notarium, & sic possit ad deponendum compelli,  
Farinac. *quest. 78. n. 61. & ita explicanda. d. l. 8. inviti.*

V. Milites *d. l. 8. Speculat. d. §. 1.* Si tamen examinatio mili-  
tem adeat, ubi degit, deponere tenetur per *l. 3. §. fin. h. r.* ita statuit et-  
iam Donell. *de test. c. 8.* quem sequitur Umm. *disput. 16. num. 36.* Et sic  
saltem comparere non tenetur miles ad testimonium dicendum vo-  
catus, ejus juris rationes manifestæ satis sunt. Habent hæc pristi-  
norum militum privilegia etiam nostri temporis, Bocer. *de bell. &*  
*duell. c. 28. Gædd. de contrab. stipulat. c. 7. concl. 17. n. 300. Hillig. D. E.*  
*6. comm. 28. lit. N. in not. Vaud lib. 1. q. 54.*

VI. Absentes Reipubl. causa cogi nequeunt venire ad depo-  
nendum, *d. l. 8. Specul. d. loc.* Quod ampliatur in eo qui ex propria ab-  
est causa necessaria. Secus si malitiosè, & de rectandis testimoniis ani-  
mo absentiam procurasset, Odofred. *in d. l. 8. vers. secus si absentiares*

*semalitiosè. Sacerdos etiam confessionis secreta revelare nunquam cogitur, Gail. lib. 1. observ. 100. num. 8. Panorm. in c. dilectis de excess. prob. n. 2. Berlich. pract. concl. part. 1. conclus. 41. n. 17.*

CLASSIS V.

DE IIS, QUI IN CERTIS CASIBUS  
rejiuntur.

I. Prohibetur mulier in testamento, l. qui testamento 20. §. mulier, 6. ff. qui testam. facere poss. & hoc forte nemo adhuc in dubium vocavit. De ratione prohibitionis non conveniunt Dd. Quidam loquacitatem faciunt, & quod omnia lamētis sint completuræ, quidam ex jure veteri, quo mulieres non habebant comitorum jus, rationem advocant: quidam quod sit virile & publicum Officium in testamento testimonium dicere. Improbatur has examinatas, Bachov. & ipse aliam reddit ad §. testes 8. n. 2. l. de testam. ordin. & ad Tr. vol. 2. disp. 10. th. 4. lit. F. An etiam in Codicillis? Ita sentit Bachov. & Tr. d. loc. Dd. tamen commun. admittunt, cum hic non requirantur testes ad formam & solennitatem sed ad probationem, Wurmf. l. de Codic. cent. 1. Frantz k. exerc. 7. quest. ult. Bicc. in reb. quotid. sect. 3. th. 120 lit. m. Schneide w. ad pr. l. de Cod. num. 37. Rittersh. ad §. 2. l. eod. Illud addendum in testamentis factis ad pias causas & inter liberos mulierem rectè admitti testem, Vult. ad §. possunt l. de test. ord. n. 21.

II. In reliquis causis tam civilibus quam criminalibus semper admittitur mulier, nisi in iis casibus ubi expressè invenitur prohibita, l. ex eo 18. h. t. n. l. 20. §. mulieres, 6. ff. qui test. fac. poss. l. in questionibus 8. ad L. Jul. majest. & ab hac opinione nec in judicando nec consulendo recedendum dicit, Farinac. quest. 59 n. 17. ubi plurimos allegat, eandemque magis comm. dicit. Interim si agatur de pœna mortis, omni exceptione majorem esse nolunt, Farinac. d. quest. n. 27. & 26. Ratio quod mulier est mendax, fallax, dolosa, mutabilis, fragilis, corruptione obnoxia, inconstans, varia, per Jura vulgata, & hoc de Jur. Civili.

III. Quo-

III. Quoad Jus Canon. dist. DD. ut in civili Judicio omnino admittatur mulier secus in criminali *c. 17. mulierem. 33. quest. 5. c. Forus 10. de V. S. Farinac. quest. 56. n. 1.* ubi quadraginta DD. pro hac distinctione citat. Interim admittuntur indistinctè mulieres in *c. ex eo 15. quest. 3. c. tam literis 33. de testib.* Dist. iteram DD. an criminaliter intentatum crimen fuerit, an civiliter, illo casu repellunt, hoc non. Si verum fateri volumus cum Umm. *d. disp. 1. 4. n. 20.* illa restrictio vix poterit applicari *d. c. mulieri c. ex eo, c. tam literis.* Dicendum ergo imo de Jure Canonico, mulierem à testificando non repelli, nisi quando eam rejiciat Civil. jus. Et sic ex hoc jure illud explicationem accipiet, propter *d. c. ex eo 18. h. 1.* quæ de verbo ad verbum canonizata est in *d. c. ex eo 15. quest. 3.* Ad *c. forus 10.* Solet responderi, mulierem ob supra dicta non esse testem omnino exceptione majorem, & hoc ex conjunctione personarum illarum, quarum in dicto *c.* mentio fit, apparet cum & illæ non ita absolute prohibeantur deponere *c. Mulierem* referendum est ad mariti Jus, ut citra illius consensum non admittatur uxor, quod textus verbis maxime convenire videtur: vel explicatio *c. forus* & huic applicanda Bachov. *ad Fr. volum. 2. disp. 5. 1. 8. lit. e.* Et tunc virgo & vidua testes semper esse poterunt iis casibus, ubi mariti dominium, ita loquitur Augu-  
stinus in *d. c. mulierem* uxori est impedimento.

IV. Heres scriptus in testamento testis adhiberi nequit *l. quod testamento 20. ff. Qui testam. fac. poss.* Neque is qui in potestate testatoris est, neque pater ejus qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris sunt potestate *§. sed neq. 10. 1. de testam. ordinand.* Fideicommissario & legatario non denegatur imo expresse concessum est. *§. Legatarius. 11. 1. d. 111.* quod Juris successores sunt *l. d. etantibus 22. Cod. eod.* Intelligendum hoc de fideicommissario particulari non universali, cum juris Successor sit *§. restituta 3. 1. de fideicom. heredit.* Bachov. Ritterhul. Schneidew. ibique Gothofred. in *not. ad §. 11. 1. de testam.* An substitutus testis esse potest in testamento? Non: quod substitutio est secundi heredis institutio, hinc passim in jure nostro substitutus vocatur secundus heres, ut notum est.

V. Minor 20. annis non in criminalibus *l. in testimonium 20. h. 1. ob* judicii imbecillis, lubrici & temerari præsumptionem Alchuf. *dic. eolog. 1. 3. c. 32. n. 8.* in civilibus esse potest *l. 19. tot. Goth. ad d. l. 20. in not. præsertim non magni momenti licibus Farinac. quest. 518. n. 13.*

VI. Ci-

VI. Civis in causa universitatis. Communis adhibenda distinctio. An negotium rectè & principaliter commodum & negotium singulorum respiciat, ita quod singuli inde percipiunt utilitatem, veluti si agatur de pascuis, in quæ singuli pecora sua solent mittere arg. l. 10. h. t. l. 9. C. eod. An solum afferat utilitatem in communi, neque communiceretur singulis, & hoc casu saltè rectè admittuntur cives ejus universitatis, arg. l. 6. §. 1. ff. de R. D. l. 7. §. 1. quod cuius univ. nom. c. 5. de probation. 26. de iure iur. Wesenb. in parat. hic. n. 3. Schneidew. ad §. universitatis l. de R. D. n. 5. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 8. t. 5. lit. F.

VII. Judices in causa in qua Judicare vel arbitrari debent, quod aliquem duplici iudicis & testis officio fungi, absurdum videtur, arg. l. quisquis C. de postulat. c. 1. 4. quest. 4. Quamvis causa coram eis finita sit, deq. eadem appellatum. Speculat. de testib. §. 1. n. 74. Mascard. de probat. lib. 1. con. luf. 124. n. 1. nisi deponerent supra iis quæ solummodo respiciunt processum seu ordinationem iudicii, non vero super sententiæ vel iustitiæ vel iniustitiæ seu nullitatem ejusdem, Farinac. quest. 60. n. 93. Et seqq. Nisi etiam de actu ex quo nemini præjudicium inferatur, & ex quo nullum dedecus, honorem commodum & incommodum expectant. Farinac. d. quest. n. 107. Masc. de probat. lib. 1. concl. 124. n. 5.

VIII. In causa deniq. propria nemo testis erit, l. nullus 10. h. t. l. omnibus 10. C. eod. quod absurdum reputatur, quem esse testem & actorem unâ. Schneidew. in ad §. universitatis 6. l. de R. I. n. 5. Mejer. in C. A. h. t. Propria causa quæ sit, innuit Ulpian. in l. 1. §. in propria 11. ff. quand. appell. sit. his verbis: Palam, inquit, est eam esse propriam causam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, & hoc procedit licet ininteresse saltem sic secundarium & in consequentiam gl. d. l. 10. verb. in re propria. Neq. Rex vel Princeps in re propria testis esse potest, vel in qua versatur ejus interesse & commodum. Farinac. quest. 60. n. 15. idq. semper obtinuit, testis est Cicer. pro Rosc. Amer. More, ait, majorum comparatum, ut in minimis tebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent Africanus, qui suo nomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret. Nam illud in talem virum non audeo dicere: si diceret non crederetur. Tantum est

quod de testium materia ex aliis

collegi.

GLORIA SIT VNI JESU.



**T** Axatur Momus ( Momus quoq; vapulat ipse )  
Pectore quod patulo quemlibet esse velit.  
Res tamen haud nihili: Si namq; inspecta liquerent,  
Obviaq; alterius cordis operata forent:  
Vix valeant techna vix tot tectoria lingua,  
Oraq; de sensu dissociata suo.  
Non tibi sic, Caesar, torssissent fata Calenda:  
Non tua transissent viscera tela, Joab.  
Non opus, incertum torturâ exculpere Verum:  
Non toties lapidem sollicitare Jovem.  
Noctua non volites; argentanginaq; nil sit:  
Nil valeant TESTES, nil tua charta foret.  
Ast quia displicuit superis sententia Momi;  
Fraus viget & scelus: atq; hinc tua charta valet.

Dn. AFFINI suo l.m.q;

posuit

HENRICUS SCHÆVIUS,  
Med. D. P. L. C. & Illustr. Stetin.  
Græc. L. & Poët. Prof.

F I N I S.

1610

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading.


HENRICH SCHMIDT  
Med. D. P. C. & J. H. S. S. S.  
Gen. I. & P. C. P. C.

1712

25. Mufeus de vindicta praetextu defensionis adumbrata.
26. Müller, De testibus
27. Müller, de iure fauoroso sequela praefectoria persequendi. Nam dan Orul? Lulz vdr Nufuila.
28. Caesar, de amplissima collectorum materia.
29. Kovius, de iurata specificatione heredis et aliorum.
30. Mühlfort, de privilegio competentiae.
31. Mühlfort, de verborum obligationibus.
32. Mühlfort, de commissariis.
33. Mühlfort, de fideiussoribus.
34. Mühlfort, de prioritatem creditorum concurrentium.
35. Mühlfort, de iure venandi.
36. Müller, de sponsalibus.
37. Müller, de contractibus possessionis de hereditate et eorumque iure.
38. Moringius, de de pofila.
39. Moringius, de superioritate territoriali et ejusdem iuribus adfinitibus.
40. Mentzeras, num sponsus ante solennem in ecclesia copulationem et benedictionem, concubinentibus, pub. potentibus iuste imponatur.



41. Meier, de iudicio annitorio, apud nos dñi Lo. Sforzini.  
42. Meier, de tutela datura.  
43. Meier, de aufgabe Littenauerfi  
44. Meier, de translatione ministri ecclesie  
45. Meier, de iure infantium.





præter. exhered. & Authenti. Hoc amplius C. de  
WESENBECK. ad d. t. injusto &c. Si tamen d  
ut vocari solent, h. e. ii, qui post conditum  
Patri vel Avo liberi nascuntur, vivo adhu  
rum decedunt, testamentum redintegrati  
convalescit, ita ut ex eadem succedatur, L.  
dem stricto jure, sed ex æquitate prætoriam  
de lib. & posth. hered. inst. itemque L. 3. C. de pos  
§. XXIII.

Partum legitimum parentibus succed  
juris est, §. 1. Inst. de hered. que ab intest. def.  
dem & parentum commune votum liber  
tem Parentum vocat, L. 7. in f. unde lib. vo  
ma parentum esse solet, liberis parare & l  
L. 50. de bon. liberi. & L. 13. C. de leg. hered.  
tus succedere hæreditatemque transmitt  
est, ut vivus fuerit natus & cum spiritu edi  
lib. & posth. nec tamen etiam monstrosus, L. 3  
inst. ceterum non obstat, licet vel illico inter  
nus expirarit, modo vivus ex utero mater  
2. & 3. C. eod. L. quod dicitur ff. de posth. & lib. l  
opus est, ut vocem edat, licet id velit Jus  
Recht art. 20. verbis: Wenn der Sohn nach  
de lebet also lang, daß man seine Stimme hõr  
Wänden des Hauses, so ist er beerbet mit sein  
hic enim textus in desuetudinem abiit, co  
servantia admittitur qui vivus in lucem p  
lum ediderit vagitum, ARN. REYGER in Thes  
tus, addict. n. 8. modo vitam aliis signis p  
motu capitis, brachiorum, pedum, &c. J  
qu. 15. n. 47. CÖLER. P. II. decis. 288. CARPZ.  
quodsi vero infans in ipso partu sit mort  
cedere, neque hæreditatem ad alios tran  
CARPZ. c. l. def. 17. Ubi simul notandum,  
tam vel mortem partus pro fundamento  
allegat, onus probandi incumbat, L. 15. §. 1  
C. 2

